

bra de casarse con ella: ita Petrus de Ledesma ubi supra verobique: Henriquez d. cap. 3. numero 5. & Thom. Sanchez d. disputatione 43. numero 4. vbi quod hæc obligatio non confurgit ex iuramenti viribus, sed ad reparandum damnum. Respondent ergo DD. ad d. cap. commissum: in eius specie, cum qui sponsalia iurauerat nondum de religionis ingressu deliberasse, vt constat ex verbis illius tex. ibi: & postea si elegerit, quasi nondum animo statuisset, & ex alia parte instabat tempus, quo iuramentum astringebat, & ideo dixisse Pontificem, tutius esse statim contrahere matrimonio, ne termino transacto in periculum incidat, & contracto matrimonio bimestre superest ad deliberandum de ingressu: sequitur Motius ubi supra numero 7. versis. vel intellige folio 170. col. 4. quasi secus dixisset Pontifex, si statim deliberato animo religionem ingredi vellet ex mente glossæ ibi.

Verum illa quæstio in proposito non caret inter nosstrates magna difficultate, & varietate, an qui sponsalia iurauit, & postea se religionis voto alitrix, licite possit matrimonium inite animo firmo ingrediendi religionem ante consummationem vt patet ex late adductis pro vtraque parte per Thom. d. lib. 1. disputatione 43. num. 6. & 7. quibus visis, & bene perspectis, mihi verior, & probabilior videretur castitatis, & religionis, ita contrahendo: tum, quia recte rationi repugnat, quod quis tradat potestatem sui corporis alij, ad idq; se obliget, quod implere minime intendit, tum etiam, quia eo animo contrahens, illudere videtur sacramentum matrimonij, notabilemque inferre iniuriam puella. Cogit namque ipsam abloq; nuptijs esse donec, ipse proficatur, et se egrediat, esse vxorem monachi cum suo dedecore: eo vero professo, non ita facile ipsa alij nubet, & suspitionis nota non leui afficeretur, existimantibus multis eam desertam esse ob aliquod vitium: decipit præterea eam in re grani, non enim hoc animo præcognito ipsi nuberet: & in terminis ita tenet glossam d. cap. commissum verb. ruitus, & ibi Hostiens. paulo post princip. Ioan. Andreas numero 3. Anto. de Butrio num. 9. Præpos. numero 5. idem Ioan. Andre. in addit. ad Specul. tit. de conuers. coniug. ad fin. Ant. Cuchus lib. 5. institut. mat. tit. 12. numero 20. & Ledesma in secundam partem 4. questione 55. articulo 2. fol. 63. columna 4. Manuel Rodrig. in 1. tom. sue summe in 2. editione capit. 24. num. 15. vbi adhuc abloq; voto dicunt esse culpam mortalem, eo animo contrahere matrimonium: & hanc sequitur ex supradictis dicens esse multo probabilior Thom. Sanchez ubi supra numero 7. adducens pro ea plures Doctores affirmantes: astrictum voto castitatis, eo animo ducentem vxorem peccare mortaliter aduersus alios oppositum tenentes, quos retulerat numero 6. vbi etiam refert Ant. de Butrio in cap. ex publico num. 9. de conuers. coniug. & Enrichum in d. c. commissum nu. 8. & ibi Alex. de Neuo n. 9. & 10. & Petrum de Ledesma tenentes in terminis nostræ quæstionis contrarium eius, quod modo probauimus: sed profecto nostræ sententia mihi verior, & proculdubio magis recepta videretur, ac prouidentem, præterquam in nonnullis casibus, quos excipiunt DD. supra allegati, præsertim Manuel Rodrig. & Sanchez nu. 8. ubi supra: qui bene num. 9. resoluit cum alijs, quacumq; ex suprad. opin. recenat; contrahentem matrimonium animo firmissimo religionis profectendæ ante consummationem; non teneri matrimonio contracto religionem ingredi,

Autem sponsalia iurans nullo astrictus voto, possit matrimonium inire ingrediendi religionem antequam consumetur: refert etiam duas opiniones contrarias ibi Sanchez num. 11. cum suis Authoribus, & verior emendat, esse culpam mortalem, exceptis præd. nonnullis casibus ex rationibus, de quibus supra, quæ etiam & nos sequimur propter iniuriam, & deceptionem alterius, quæ in hoc casu equalis est, siue extet votum, siue non.

Uterius obseruandum est, quod sponsalia contrahens, & sub ea spe virginem deflorans non potest ingredi religionem, & teneretur eam ducere, non enim aliter potest iniuriam ei illatam resarcire, ita tenent Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 3. in Commento litera K. & Manuel Rodrig. in 1. tom. sue summe in 2. editione cap. 24. num. 11. vbi ampliat, etiam si non intercesserit copula, si notabilis infamia rationabiliter sequatur, quod dicitur esse tertius Corduba in summa q. 132. & Ludou. Lopez 1. parte Instructor. cap. 77. versis. sed gratius, & vtrumque sequitur, & probat Thom. Sanch. d. lib. 1. de matrim. disputatione 44. num. 3. & 4. qui numero 5. idem probat, quando est vidua honesta, ac bonæ famæ, & non infamæ sortis, & notabilis infamia ipsi sequetur: & numero 6. idem tenet, quomuis sponsalia vera non essent, vt quia promissio facta fuisset, & numero 7. quod in his casibus non satisfacit promissor, si contracto matrimonio, & non consummatione religionem ingrediatur, nec votum eius subleuatum, illum liberabit ab obligatione celebrandi matrimonium cum dicta sponsa, & consummatione ipsius, quia non potuit in præiudicium femine id votum emittere, dissoluit tamen sponsalibus ex quacumq; causa sufficienti, vel matrimonio morte femine, tenetur votum implere, secund. eundem Sanchez d. disputatione 44. num. 8.

Sed quid erit quæro, si quis prius votum religionis, aut castitatis emisit, virginemq; postea deflorauerit fide data de matrimonio contrahendo cum ea, an teneatur ad matrimonium, vel potius ad votum? & profecto dicendum videretur non posse hoc hæc in specie præd. feminam à de deflorata ducere, sed teneri omnino votum hoc implere, cui derogari non potuit per posteriorem obligationem, & in terminis ita tenent Nauar. lib. 4. consil. in 1. editione tit. de sponsalib. consil. 21. & in 2. editione tit. qui cleric. vel vouent consil. 1. Manuel Rodrig. in 1. tom. sue summe in 2. editione c. 203. n. 11. Candelabrum Apyrum 7. sacrament. 3. p. 12. num. 65. juncto nu. 64. & hæc sententia est valde probabilis secund. Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 45. nu. 2. in fine.

Nihilominus tamen contraria sententia, quæ asserit, teneri eam ducere magis ibi illi placet n. 9. qui pluribus rationibus eam probat: eamq; tenerunt graues Magistri Salmaticeni secund. Manuel Rodrig. ubi supra, & alij viri doctissimi ex Societate Jesu, secund. Thom. Sanchez ubi supra, & mihi quidem nõ displicet hæc secunda sententia, quia iustitæ vinculum fortius est, quam charitatis: sed ob charitatis vinculum superueniens tenetur quis religionis votum præcedens suspendere; ratione parentum indigentia: vt omnes tenent: ergo à fortiori propter vinculum iustitiæ, quale est hoc: præ maxime, quia ex eo, quod deflorator feminam hanc ducat, minime absoluitur à voto, sed tantum voti executionem ad tempus differtur: ergo sufficiens est causa tam. vrgens: quæ sententia intelligenda est, vt procedat, quando præd. femina ignorauit præd. votum: secus vero erit, si id nosset ante suam deflorationem, quia tunc seipsum decipiet, & alter teneretur votum implere, vt recte obseruauit Sanchez d. disputatione 45. num. 5. lib. 1. de matrimonio.

CAPITULUM XXVI

An sponsalia de futuro dissoluantur voto simplici castitatis postea emisso?

SUMMARIUM

- 1 Sponsalia de futuro dissoluantur voto simplici castitatis postea emisso? & numeris sequentibus.
- 2 Sponsalia de futuro dissoluantur per votum suscipiendi ordines sacros.
- 3 Sponsalia de futuro præcedentia dirimantur per votum ingrediendi religionem.
- 4 Votum castitatis præcedens sponsalia de futuro irritat.
- 5 Propositum calibatus seruandi in seculo, nulla ratione præd. sponsalia dirimit.
- 6 Sponsa castitatem vouente, alter à fide sponsalium seruanda est liber.

Pars affirmatiua probari videtur ex tex. in c. veniens, qui cleric. vel vouent. vbi femina vouit castitatem, vt à sponsalibus eximeretur, quæ situm fuit à Summo Pontifice, an statim voto post nubere: & respondit, ob fornicationis periculum, iniungendam ei fore penitentiam de voto violato: hoc est, iuxta glossam ibi verb. voto: de animo violandi votum, & dandam esse ei nubendi licentiam: ergo votum castitatis præualeat sponsalibus, alias non peccaret in fornicatione, volens fidem sponsalium seruare. Secundo ex tex. in c. peruenit de jur. iuranda, vbi non instringit promissum, in melius commutans: tandem, quia vbi concurrunt duo vincula incompatibilia, & valida, fortius præualeat, & si inter de sponsalibus, sed votum castitatis est fortius, quia inducit obligationem fidelitatis respectu Dei, sponsalia vero respectu hominis, ergo præualeat votum castitatis sponsalibus, & in terminis hanc partem tenent quamplures Canonistæ, & Theologi relati per Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disp. 46. num. 7. inter quos Calder. in c. veniens, & ibi Ant. de Butrio n. 9. Præposit. nu. 2. Cardian. in cap. rufus, qui cleric. vel vouent. Turrecem. in c. vbi non est nu. 5. 30. q. 2. Greg. Lopez in l. 7. in glof. excusacion tu. 1. par. 4. Constant. de sponsal. tit. effectus sponsal. nu. 9. Alex. Carrer. lib. 1. de sponsal. c. 1. tom. 9. trad. diuers. Doct. Angel. in summa verb. sponsalia num. 40. D. Thom. in 4. diffin. 38. q. 1. artic. 3. question. 2. ad primum. Palud. Ricard. Caiet. Soto. Veracru. Enriquez, Bartholom. & Petr. de Ledesma, relati à Sanchez ubi supra, & Manuel Rodriguez in 1. tom. sue summe in 2. editione c. 245. nu. 2. quorum nonnulli loquuntur in sponsalibus iuramento firmatis: & hæc sententia est probabilissima, & tutissime amplecti potest, secundum Thom. Sanchez ubi supra, & hic est communis intellectus d. c. veniens, secundum Motium de sponsal. tit. quomodo soluatur sol. 170. col. 4. qui eam tenet.

Nihilominus tamen oppositum, imo quod sponsalia non dirimantur per votum simplex castitatis subsequutum, tenent quamplurimi alij Auctores: primo, quia nullo iure probatur inesse sponsalibus tacitam conditionem, si statim continentia elegero: secundo, ex tex. in d. c. veniens, qui cleric. vel vouent. vbi femine, quæ promisit matrimonium, imponitur penitentia de fide mentita sponso, vt ibi explicat Hostiens. in verb. fide. Ioan. Andr. n. 3. Ancha. 2. Alex. de Neuo nu. 4. cum per ipsam stererit, ne matrimonium sequatur, & tamen emisit postea votum castitatis: ergo votum castitatis non dirimit sponsalia præcedentia, denique quia Deus non acceptat promissionem rei alteri prius promissa.

Hanc secundam sententiam tenuit gloss. in d. c. veniens verb. de sterilitate, & ibi Abb. n. 5. Alex. de Neuo

nu. 6. & alij quamplures Auctores Theologi, & Canonistæ, quos in vnum congerit Tho. Sanch. ubi supra, nu. 9. vbi eam probabilior appellat, eamq; probat Mocius ubi supra, quando sponsalia fuerunt iurata: & quamuis vera vtraque opin. sequi possit, mihi verior, & securior videtur prior Sancti Thomæ, & sequacium, siquidem alijs quampluribus causis leuioribus dirimuntur sponsalia, vt in l. 8. tit. 1. part. 4. ergo nimirum, si voto castitatis Deo facto dissoluantur, & hac opinione retenta opus non est, hic examinare quæstionem illam, de qua per Sanchez ubi supra, nu. 12. vtrum teneatur, qui emisit votum castitatis post sponsalia religionem ingredi, vel possit matrimonium illud inire, cū per præd. votum sponsalia dirimantur, & sic non sunt sponsalia perficienda: similiter non est necessaria alia quæstio, de qua per Sanchez ubi supra, nu. 14. & altera num. 15. quia vtraque quæstio præsupponit sponsalia non dirimi per votum simplex castitatis post sponsalia emisum, quod sitrens præd. primam sententiam, quæ habet, dirimi quidem, probabilis est, vouentem non teneri ad religionem, aut ordinem sacrum suscipiendum, sed posse ingredi, si velit, sin minus, teneri sponsalia perficere matrimonio contracto. In secunda vero quæstione tenendum est, votum obligare in ipsius vouentis, non vero in sponsæ præiudicium, vt cum alijs probat ibidem Sanchez.

Ex quibus idem in principali quæstione dicendum est in voto suscipiendi ordines sacros, vt hoc etiam sponsalia dirimat, quia in sacro ordine solemnitate votum includitur, vt in cap. vni. de voto lib. 6. & ita hanc opinione supponunt Syluest. in summa verbo sponsalia questione 7. Nauar. in Manual. Hispan. c. 22. num. 25. & tenet expr. se Dominicus à Soto lib. 7. de iustitia & iur. questione 1. articulo 3. paulo ante solutionem argument. in vers. & pariter ad secundum, Cordub. in summa questione 136. puncto 4. opinio 5. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 14. numero 4. Veg. lib. 6. summe casu 41. puncto 4. opi. 5. & hæc sententia est probabilissima secund. Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatione 47. numero 2. tametsi numero 3. probabilis esse dicat sponsalia non dirimi voto ordinis sacri suscipiendi, nec illis astrictum posse ad sacros ordines promoueri, cum Palud. Maiol. & Ludou. Lopez cæterum, prior sententia contraria tenenda videtur, quam sequitur Motius ubi supra num. 3.

Illud tamen proculdubio est, quod siquidem votum sit religionem ingrediendi, sponsalia præcedentia dirimit, habet enim se respectu sponsalium, sicut votum solemne religionis respectu matrimonij rati, & non consummati, ergo sicut hoc dissoluit matrimonium, ita & illud sponsalia; ita tenet Nauar. in Manua. Latin. c. 22. num. 27. casu 10. Syluest. verb. matrimonij 7. questione 5. dicta quintio, Cordub. in summa questione 136. puncto 4. opinio 5. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. num. 4. Ludou. Lopez in 2. parte Instructor. de matrimonio cap. 38. folio 1045. Petr. de Ledesma de matrim. questione 43. articulo 3. dubio 2. diffcult. 2. Philarc. de officio Sacerd. tom. 1. parte 2. lib. 2. c. 1. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. disputatione 46. numero 2.

Ubi num. 3. quod similiter nemo dubitat, votum castitatis præcedens sponsalia ipsa irritat, quia continet rei illicitæ promissionem.

Ex numero 4. quod propositum calibatus seruandi in seculo, nulla ratione sponsalia dirimit.

Tandem num. 5. cum Palud. Syluestro, Cordub. Enriquez, Ludouic. Lopez, Manuel, & Vega affirmat in omnium sententia certum esse, sponso castitatem vouente, altero à fide sponsalium seruanda liberum esse, quia vouens, eo ipso, sponsalibus renunclauit, & quia res sunt notabiliter mutata.

CAPITULUM XXVII.

De vi sponsalium sequuto matrimonio cum alia persona.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia de futuro priora dissoluantur matrimonio de presenti contracto cum alia persona, etiam si prima sponsalia essent iurata, praterquam si matrimonium esset irritum, vt in numero 2.
- 3 Sponsalia an obligent post solutum matrimonium cum alia persona contracta.
- 4 Sponsalia de futuro per copulam subsequutam transibant in matrimonium: hodie secus attento Sancto Concilio Tridentino.
- 5 Sponsalia priora de futuro non dirimuntur per secunda, etiam sequuta copula, & hoc attento eodem Sancto Concilio Tridentino, & num. 6. quomodo hoc intelligendum sit, & numero 7. ampliatur.

Matrimonio de presenti contracto, non dubium est, priora sponsalia de futuro dissolui, tex. in c. sicut, & in c. si inter virum, cum siml. de sponsal. & in c. 1. de sponsal. duorum, & in c. fin. 27. q. 2. l. 8. in vers. la setena razon, tit. 1. partiua 4. ex quibus idem receptum est communiter, etiam si prima sponsalia essent iurata, vt probatur in d. c. sicut secundum D. Couar. in 4. de sponsal. p. c. 5. in princ. n. 4. vbi quod non est necessaria ad hanc dissolutionem iudicis auctoritas.

Si tamen irritum esset matrimonium, obligarent adhuc priora sponsalia, quia non prestat impedimentum, quod de iure non fortiter effectum: regula, non prestat, de regulari, iur. in 6. ita tenent Ioan. Andreas in d. cap. sicut. n. 4. de sponsal. & ibi Ant. de Butrio num. 1. Cardinal. quesi. 27. in. Anchar. num. 6. Præpos. num. 9. Enri. in cap. de illi. num. 5. de sponsal. Nauar. in manu. Hispan. cap. 2. 2. num. 2. casu 3. Paludan. in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. casu 6. n. 24. quos sequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputacione 48. num. 1. vbi quod alter sponsus maneret a fide sponsalium liber.

Dubitatur tamen, an per matrimonium validum, omnino priora sponsalia, cum alia persona contracta, extinguantur, ita, vt soluto matrimonio professione religionis, aut morte, nulla maneat illorum, obligatio, sed penitus extincta sint? In quo duplex est sententia: prima habet, non omnino extinguunt, & ita soluto matrimonio teneri spōsum ad priora sponsalia perficienda ita Adrian. in 4. quesi. 2. de matrimonio, ad secundum. Petrus de Ledesma de matrim. quesi. 43. art. 3. dubio 2. ad secundum vers. secunda causa est, & q. 46. art. 1. dubio 1. qui in præd. vers. secunda causa est, hoc limitat, nisi sponsus ex eo matrim. tor genuisset liberos, vt alio inito matrimonio commode eos educare non possit, vel ita senex esset, vt non esset iam matrimonium aptus, idemque tenent viri doctissimi Neoterici, & est probabile secundum Thomam Sanch. d. disput. 48. num. 2. ad finem.

Verū contraria sententia, imo quod priora sponsalia per matrimonium de presenti validum cum alia contractum omnino extinguantur, atque ideo soluto matrimonio, nullam illa perficiendi obligationem superesse, verior, & tenenda est; quia actio femel extincta amplius non reuiuiscit, l. qui res s. arcam. ff. de solut. cap. quærit de cōsecret. dist. 1. & ita merito hanc tenet Ioan. Andr. Anton. Cardinal. Enri. & Anchar. vbi supra Alexand. de

Neuo in cap. licet as. n. 7. de desponsatione impuber. Præpos. in d. cap. sicut. numero 8. de sponsal. Azeued. in l. 1. numero 13. in fin. tit. 1. lib. 5. noua collect. Reg. Palud. in 4. dist. 1. q. 1. articulo 1. cōclusione 1. num. 8. Enriq. lib. 1. de matrimonio cap. 1. n. 2. & cap. 1. 3. nu. 3. Manuel Rodrig. in 1. tom. sue summa in 2. editione c. 245. nu. 5. & alios allegans Tho. Sanch. d. disput. 48. num. 3. vbi num. 4. eam ampliatur, vt procedat, etiam si priora sponsalia iuramento firmata sint: & num. 5. limitat præd. communem, & tenendā sententiam, quando sponsus ea spe virginem violasset, teneretur namque soluto matrimonio eam ducere: non vi sponsalium, quæ extincta sunt, sed ratione damni illati, nisi iam aliunde esset ei satis factum, idemque probat, quando esset mulier honestate vidua bonæ famæ, quæ notabitem eius iacturam passa esset, nec aliunde esset satisfactum: sed vtrumque intelligo, quod teneatur illam ducere, vel alias competenter eam dotare iuxta qualitates personarum, & facultatem bonorum.

Similiter etiam attento iure communi, sponsalia de futuro per copulam subsequutam affectione coniugali transibant in matrimonium de presenti, tex. in cap. 4. qui fides, de sponsal. & non dubium erat priora sponsalia de futuro dissolui per secunda, quibus subsequuta fuit copula prædicto modo habita: ita tenet Anton. & Præpos. in d. cap. 4. qui fides col. 1. ad Præpos. in d. c. de illi. col. penultima de sponsal. expressa l. 8. vers. la setena, ibi, esto misimo seria, titulo primo. partiua 4. vbi Greg. Lopez in glo. 1. secunda, dicit mentem tenendam eam legem, ad hoc, quia iure communi non erat ita clare expressum, idem bene probat D. Couar. in quarto. prima parte ca. 4. §. 1. num. 10.

Sed cum hodie attento Decreto Sancti Concilij Tridentini sessione 24. ca. 1. de reformatione, cesset matrimonium illud presumpum, vt late probauimus in nostro tractatu de iuramento confirmat. cap. 5. n. 2. cum sequentiis.

Dicendum est non dirimi priora sponsalia per secunda subsequuta copula, quia fides posterior data in præiudicium prioris fidei irrita est, ita Nauar. in Manua. Latino cap. 22. nu. 26. casu 3. Bartholom. Ledesma. de matrim. dubio 13. in princ. & casu 5. Enriq. lib. 1. de matrim. cap. 3. num. 3. Manuel Rodrig. 1. tom. sue Summe in 2. editione c. 245. num. 8. Philiare. de officio Sacerdot. tom. 1. parte 2. lib. 2. cap. 1. Ludol. Lopez in 2. parte sui Instructorijs de matrimonio ca. 38. folio 1046. Thom. Sanchez d. lib. 1. disputacione 47. num. 1. quod etiam probatur, quia ante Concil. Trident. quando copula erat habita affectu fornicario, eo quod posteriora sponsalia non transibant in matrimonium, minime prioribus derogabant, vt docet Sorus in quarto, dist. 1. q. 2. questione 2. articulo 4. dubio 3. Nauar. & Sanchez vbi supra & Ledesma in secundam partem 4. quesi. 4. articulo 2.

Hoc tamen intelligendum est, ex parte contrahentis posteriora sponsalia: ex parte namque alierius, dissoluta manent, quamuis cum posteriori sponsa non sit habita copula, quia contrahens posteriora sponsalia, eo ipso prioribus renunciat, vt probat Thom. Sanchez d. disputacione 49. numer. 2. qui numero 3. cum Nauar. & Philiare. vbi supra recte inquit, aliquando ita dissolui sponsalia posteriora cum copula, vt neutrum matrimonium iniri possit, nempe, si copula, & sponsalia posteriora habita fuerint cum consanguinea in priori gradu prioris sponsæ, quia tunc, cum priori non poterit contrahere ratione afinitytatis ex copula cum consanguinea consanguinea, nec etiam cum posteriori ratione publicæ honestatis, quæ ex prioribus sponsalijs valdis orta est.

Nec etiam dissoluantur priora sponsalia, per posteriora cum copula ratione damni illati, sed adhuc

huc prior est dicenda, quia iniuria illata posteriori, quamuis inficitur priorum sponsalium, non auferit ius suum priori, vt cum Soto, Manuel. & Enriq. contra Maior. & Palacium merito probauit Sanchez vbi supra numer. 4. & 5. non tamen probat eius moderationem numero 6. dum asserit cum Ludouic. Lopez, & Enriq. quod ex quadam æquitate aliquando esset seruanda contraria opinio: nempe, quando deflorata graue damnum pateretur, magisquam honoris iacturam, prior vero leuiter læderetur, nam hoc casu, inquit ille, teneretur modicum illud damnum sustinere ad vitandum proximi grauiussum: hoc namque in iuris rigore verum non esse, nec ita pronunciamdum censeo; quia prior in tempore, potior est in iure, etiam si posterior grauius damnum patiat, quam prior, & quia caritas bene ordinata incipit a seipso, vt in iuribus vulgaribus, neque æquitas ratio hoc impedit in iudicio, cum talis æquitas scripta in iure non inueniatur, vnderigor iuris præferendus est, iuxta tradita in l. placuit cum siml. C. de iudicij.

CAPITULUM XXVIII.

An posteriora sponsalia iuramento confirmata derogent prioribus absq. iuramento contractis?

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia posteriora iuramento confirmata, an derogent prioribus absq. iuramento contractis.
- 2 Sponsalia priora si ante celebratum matrimonium cum priori dissoluantur, an teneatur prior sponsus ad posteriora?

S doctri Innocentio credimus in cap. veniens numero 1. de iurciurand. seruanda est posterior promissio iurata, & priori aliter satisfaciendum est, & eam opin. tenet Abb. antiquus teste Antonio de Butrio in c. sicut de sponsal. in fin. sed proculdubio tenendum est, præualere priora sponsalia, quia iuramentum posterioris fuit de re iniqua, & in præiudicium tertij, & ideo non obligat, iuxta regulam, non est obligatorum de regul. iur. in 6. cap. cum coingat. de iur. iur. & in cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. & in terminis ita tenet idem Innocent. sibi contrarius in cap. sicut de sponsal. & ibi communiter DD. D. Couar. in 4. de sponsal. parte cap. 4. in principio numero 2. Didacus Perez in l. 1. titulo 1. lib. 5. ordanamenti, folio 3. vers. ampliatur: diximus prima parte de iuramento confirmat. ca. 5. num. 6. Matienç. in rubrica glof. 1. numero 44. titulo 1. lib. 5. noua collect. Reg. & est communis hæc sententia, vt constat ex quampluribus Authoribus Canonis, & Theologis, qui eam sequuntur, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disputacione, o. numero 2. quæ sententia tanquam vera, & receptissima approbatur expresse, & nuncupari in l. 8. in vers. masi alguno de desposasse, titulo 1. partiua 4. ex parte tamen illius, cui prior fides data fuit, soluta sunt sponsalia, ex his quæ supra cap. præcedenti diximus, & tenet Sanchez d. disputacione 50. numero 3. qui numero 4. limitat præfatam communem sententiam, quoties dum contracta sunt posteriora sponsalia, iuberat iusta, & sufficiens caus. recedendi à primis, tunc namque tenetur huc ad posteriora, non enim peccat ea contrahens secundum Syluestr. in summa verbo sponsalia questione 10. dist. 2. & ideo sponsalia erunt valida & iuramentum obligabit.

Dubium tamen est satis graue in proposito, vtrum in specie præfate receptissimæ sententiæ, si ante celebratum matrimonium cum priori dissoluantur eius sponsalia, teneatur huc ad posteriora? & teneri ex vi promissionis affirmat Couar. in 4. de sponsal. 1. parte ca. 4. §. 1. num. 10. vers. verum: vbi idem probat, quando contingit mori priuam spōsam, vel ad matrimonium impediti: nihilominus tamen contrarium est verius, & tenendum, vt recte probauit Thomas Sanchez vbi supra numero 6. limitans ratione damni illati virgini defloratæ, aut viduæ honestæ, magnam famæ iacturam patienti, non enim valuit contraria promissio iurata in præiudicium prioris tempore valido emissa, ac prouide, (vt prædiximus) nec secunda emissa tempore inhabili obligat tempore habili, vt tradit Abb. in cap. placuit num. 4. de conu. c. conuigat per illum text. & per ca. quidam eodem titulo.

CAPITULUM XXIX.

De sponsalibus ab impuberibus contractis quomodo ea dissoluantur?

SUMMARIUM.

- 1 Impuberes sponsalia contrahentes, quando ab eis rescilire possunt? & numerus sequentiibus.
- 2 Probati incontinenti dicitur, quod intra triduum probatur, & num. 5. declaratur.
- 6 Impubes adeptus pubertate, t accendo, hoc est, non reclamando, videtur ratificare sponsalia à se contracta ante pubertatem.
- 7 Puberis reclamatio de sponsalibus à se contractis ante pubertatem, coram quo fieri debeat?
- 8 Pubes cum impubere contrahens matrimonium, numquam rescilire potest.
- 9 Maior septennio contrahens matrimonium cum infans, non potest rescilire, donec infans septenniū habeat.
- 10 Impubes quando possit rescilire à sponsalibus pro eo à parente contractis?
- 11 Impubes sicut à sponsalibus veris rescilire non potest ante pubertatem, ita nec à presumpis, quæ rescilant à matrimonio de presenti ab impuberibus contracto.
- 12 Impubes cum iuramento sponsalia contrahens non potest ab eis rescilire, sed ille contractus in vim sponsalium perfectus est.
- 13 Iuramentum impuberis, quando firmet eius contractum, & sponsalia.

Impuberes sponsalia contrahentes, rescilire ab eis non possunt ante pubertatem, ea vero adueniente, possunt iuxta tex. in cap. de illi, el primero, & in ca. à nobis de desponsatione impub. iuxta quorundam iurium intellectum Doctores variant: quidam enim censent, ac ea intelligunt, de solis infantium, sponsalibus, vt censet Holtien. in summa de desponsatione impub. §. quid iuris numero 11, & videtur tenere Dicus Thom. in 4. dist. 1. q. 2. ad 3. artic. 8. Nauar. in Manua. Hispan. cap. 22. numero 24. casu 16. Enriq. lib. 1. de matrimonio ca. 14. numero 7. Philiar. de officio Sacerdot. 1. tom. parte 2. lib. 2. ca. 1. & Manuel Rodriguez in 1. tom. sue summa in 2. editione ca. 45. numero 7.

Alij Authores ea iura interpretantur de sponsalibus, non per ipsosmet impuberes, sed per alios ipsorum nomine contractis: ita D. Thom. vbi supra articulo 2. ad primum, & Durandus in 4. dist. 1. q. 2. G. iij. questio.

questione 3. articulo 3. nonnulli autem ea iura in telligunt de impuberibus contrahere intendentes solum matrimonium: cum enim illud inualidum sit defectu etatis, nec valerit, vt sponsalia defectu intentionis, possunt, cum peruenerit ad pubertatem, resiliere, hoc refert Gofredus in summa titulo de desponsatione impuber. numero 8.

Nihilominus tamen verius, & communiter receptum est, eos tunc, loqui, & intelligi debere de sponsalibus impuberum; vt constat ex verbis text. in d. ca. de illis; ibi: intra eisdem pubertatis annos altero existente cum sponsalia contrahunt: ita glossa d. cap. de illis, in casu positione, & communiter DD. Hostiens. in summa. de desponsatione impub. §. quid iuris numero 11. Gofred. vbi supra d. Couar. in quarto, prima parte cap. 5. §. 1. numero 1. Gregor. Lopez in l. 7. verb. excofacion. titulo 1. partida 4. Navar. in Manual. Latin. ca. 22. numero 27. casu 6. & lib. 2. consil. titulo de desponsat. impub. in prima editione consil. 2. & in secunda editione consil. 1. & nos lib. 1. Canon. questionum c. 18. num. 10. Matien. in rubrica glos. r. numero 51. titulo 10. lib. 5. noue collect. Reg. & quamplurimos alios referens Thom. Sanchez libro 1. de matrim. disputatione 51. numero 5.

2 Hoc fit prae habito circa dissolutionem sponsalium impuberum, primo obseruandum est, quod si duo impuberes sponsalia contrahant, neuter potest ante pubertatem resiliere, quamvis verque impubes peteret sponsalium dissolutionem, pubes tamen factus potest quilibet resiliere, vt habetur in d. ca. de illis, el primero, & ibi Prapof. Et in cap. a nobis de desponsat. impub. D. Couar. vbi supra numero 1. ad fin. & num. 2. vbi quod pubes factus potest statim contradicere, nec tenetur alium expectare, qui adhuc impubes est, secundum communem, quam Abb. & Prapof. in d. ca. de illis columna 2. sequuntur, & probat late plures allegans Thom. Sanchez vbi supra numero 6. 7. & 9. & procedit hoc in vtroque foro, vt tenet Enri. in ca. 2. num. 9. de sponsal. & Summa Confessorum titulo de sponsal. questione 120. Palud. in 4. distinctione 27. questione 1. articulo 3. casu 10. num. 25. Lud. Lopez in 2. parte Instructor. de matrimo. cap. 38. fol. 1049. in fine.

Neque obstat, quod secundum praefatam communem opinionem nulla videtur constitui differentia inter vers. si vero, & vers. si d. ca. de illis: respondemus namque maximum esse discrimen inter praedictos versiculos: hoc nempe, quod dictus vers. si vero, loquitur, quando tempore contractus alter erat pubes, & is, qui tempore contractus fuerat impubes, factus pubes petebat dissolui sponsalia: tunc enim inquit tex. quod iudicio Ecclesiae poterunt adinuicem separari. At vero tex. in d. ca. de illis vers. ultimo, in muliere, quae tempore contractus fuit pubes, & petebat sponsalia dissolui ante pubertatem alterius, & inquit tex. quod cum semel in eum consenserit, non poterit dissentire, nisi ipse, cui nuptiae, postquam ad legitimam aetatem pertenerit, in eam suum negauerit praestare consensum, & hic est verissimus, & literalis, necnon & communis intellectus illius tex. quem tenent, & sequuntur ibi Hostiens. super verb. negauerit. Joan. Andr. numero 4. Anchar. numero 2. Abb. numero 6. & Henric. numero 2. Alex. de Neuo numero 15. & 16. est communis secundum Couar. vbi supra expressa l. 8. vers. si mas si quando, & c. tit. 1. partida 4. quae ita illum tex. interpretatur, sequitur alios allegans Marcus Anton. Cuchus lib. 5. in fin. maior. titulo 10. numero 80. & alios allegans Thomas Sanchez d. disputatione 51. numero 9.

Et non solum impubes statim pubertate adpta potest a sponsalibus resiliere, sed imo tenetur, quia

alioqui postea non poterit id facere: quia ex quo statim non contradixit, vt his est tacite consentire, eruntque sponsalia illa firma quoad effectum sponsalium, quamuis non quoad vim matrimonij, ita se habet communis sententia Doctorum in d. ca. de illis, vt constat ex Hostiens. ibi in princip. super verb. antequam: Henric. numero 5. Prapof. & Alexand. de Neuo numero 15. & alij, & restatur communem eam sequutus D. Couar. vbi supra d. numero 2. sequitur plures citans Thomas Sanchez vbi supra numero 14. vbi quod statim intelligitur triduum ante, vel post pubertatem secundum Hostiens. Joan. Andr. & Anchar. numero 4. ibidem, argumento l. final. C. de erro. advocat. ibi: in continenti, id est, triduo: & l. final. C. de iudic. ibi: illico autem, id est, intra triduum.

Et quia illud dicitur in continenti probari, quod 4 intra triduum probatur iuxta doctrinam Bald. in d. l. final. C. de iudic. & Felin. in ca. veniens, el segundo, numero 15. de testibus, Rip. in l. 4. §. condemnatum ad fin. ff. de re iudic. Mandos. de monitorijs questione 31. numero 8.

Quod si verisimiliter potuit ignorare, atque rationally ignorauit, suam pubertatem aduenisse, crederem profecto, consilio de hoc, vltra praed. triduum posse dissentire, dummodo ignorantia illa non fuerat, ac suspecta, veluti, quia potuit se informari cum mediocri diligentia de sua aetate, relatione parentum, vel parentis superstitis, vel aliorum vicinorum, aut consanguineorum, vel alias, quia tunc ei imputabitur lapsus tridui absque expresso dissentio, vel si actus positius ratificationis sponsalium fecerit post adeptam pubertatem, quamvis tam iuste ignorauerit, & hoc a fortiori.

Non enim opus est, vt factus pubes sponsalia 6 ratificet, sed eo ipso, quod non clamat, manent indissolubilia, vt notat Hostiens. in d. ca. de illis super verb. si vero, & probat bene Sanchez vbi supra numero 15. qui numero sequenti docet sufficere impubertatem ante pubertatem resiliere a sponsalibus, si postea non mutetur dissentium, nec amplius recorderit post pubertatem ad hoc, si dissoluta maneat: licet enim satis non sit reclamare ante pubertatem ad sponsalia dissoluenda, prodest tamen hoc facere, ne impubes censetur adempta pubertate consentire, & ad declarandam voluntatem in qua praesumitur perseverare, vt impediatur ratificatio per superuenientiam pubertatis, ita docent Anton. de Butrio numero 3. Alexand. de Neuo numero 16. & Prapof. numero 1. in d. ca. de illis, el primero, de desponsatione impub. consulentes, vt saepe impuberes reclamant.

Quae reclamatio, secundum DD. ibi, fieri debet coram Episcopo, vel eius Vicario, & ipsis deficientibus coram honestis personis, vt in appellatione contingit iuxta tex. in ca. final. cum materia de appell. refert plures ita sententes, eosque sequutus Sanchez vbi supra numero 17, qui quoad forum internum consuetudine recte cenet sufficere internum dissentium.

Secundo in hac materia obseruandum est, quod 8 pubes cum impubere contrahens matrimonium, nunquam resiliere potest, quia hoc tantum licet impuberi: cum pubes factus fuerit, & non antea nisi per triduum, vt praediximus, & expresse habetur in d. cap. de illis, el primero, de desponsatione impub. & ibi glossa, verbo semel, & communiter DD. late Couar. vbi supra numero 5. & plures referens Sanchez vbi supra numero 10.

Tertio, quod si maior septennio contrahat cum infante, non potest resiliere, donec infans septennium

CAPITULUM XXX.

De absentia in longinquum sponsi absq. alterius licentia, verum ob eam dissoluantur sponsalia de futuro?

SUMMARIUM.

- 1 Sponsus absens intra eandem Prouinciam quanto tempore expectandus sit iure Ciuili, & Canonico, & in numero sequentibus usque in finem capituli.
- 2 Verbum, libere, denotat, non esse necessarium, licentiam sacerdoti parochialis habere.

Iure Ciuili, sponsum absentem intra eandem Prouinciam biennio expectandum esse, decidit l. secunda. C. de sponsal. sed in l. 2. C. de repud. dicitur triennio expectandum esse, cui consonat l. 8. tit. 1. partida 4. vbi dicitur, quae quando alguno de los desposados se va a otra tierra, & no le puede hallar, ni saber do esta, & deue el otro esperar hasta tres años, & a vero in l. sepe de sponsal. statuitur, sponsum absentem ex causa necessaria expectandum esse, donec causa cesset: idemque de sponsa absentia statuendum est, cum sit correlatiua, vbi eadem ratio subest, vbi hic; ita in terminis docent Cyn. & Bald. in d. l. 2. in fin. C. de sponsal. Alex. de Neuo in ca. de illis numero 16. de sponsal. quod expresse approbatur in d. l. 8. ibi quando alguno de ellos se va a otra tierra, vt recte obseruauit Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 54. num. 1. imo maior ratio dissoluenti sponsalia militat in absentia sponsae in longinquum propter eius magis praesumptam inhonestatem, & finistram suspitionem, quam in sponso.

Quo igitur modo varietas haec componenda est? Anchar. inc. de illis numero 2. de sponsal. inquit, quod siquidem sponsus absens ex causa necessaria, expectandus est, donec causa cesset, iuxta d. l. sepe, quae ita intelligenda est, si vero ex voluntaria, tempus sit arbitrarium, quia d. l. 2. C. de repud. triennium praescribens agit de matrimonio.

Rurtus Cynus in l. 2. C. de sponsal. & Abb. in d. ca. de illis num. 5. ad eundem titulum sic distinguunt, vt si sponsus absens ex causa iusta voluntaria, sive sit in eadem Prouincia, sive in diuersa biennio expectandus sit, iuxta d. l. 2. C. de sponsal. non vero triennio, quia l. 2. C. de repud. de eo agens, jus minime statuit, sed factum narrat: si vero absentia sit ex causa necessaria, expectandus sit, donec cesset impedimentum, iuxta d. l. sepe.

Verior tamen, magis communis, & receptor sententia, has opiniones concordans est, quod siquidem sponsus absens ex causa necessaria, vt ob parentum obitum, morbum &c. expectandus sit, donec cesset impedimentum iuxta d. l. sepe: si vero absens ex causa probabili, & iusta, non tamen necessaria, tunc si sit in eadem Prouincia, sit biennio expectandus iuxta d. l. 2. C. de sponsal. si in alia, triennio iuxta d. l. secundum C. de repud. ita glos. in d. l. 2. in principio C. de sponsal. Hostiens. in summa titulo de sponsal. numero 3. Joan. Andr. in d. ca. de illis numero 5. & Couar. & ibi Anr. de Butrio num. 5. Alexand. de Neuo n. 4. Prapof. 4. Angel. in summa verbo sponsalia numero 26. & ibi Syluest. quest. 10. casu 4. Couar. alios referens in 4. de sponsal. 1. parte ca. 5. in princ. n. 7. Marc. Anton. Cuchus lib. 5. in fin. maior. tit. 10. numero 84. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 5. casu 45. numero 7. Matien. in rubrica glos. numero 48. titulo 1. lib. 5. noue collect. Reg. Motus de sponsal. tit. quomodo soluantur sponsalia, numero 12. fol. 171. col. 2. & plures alios allegans

nium habeat, & tunc eo volente tenetur promissis stare, vt late probat Thom. Sanchez d. lib. 1. de matrimonio disputatione 6. num. 27. & refert idem d. disputatione 51. num. 11.

10 Quarto, quod si parentes pro impuberibus sponsalia contrahant, quoties valida sunt, non potest impubes resiliere, donec pubescat, secus, quando invalida sunt secundum Joan. Andr. in d. ca. de illis num. 4. & Anchar. numero etiam quarto, quos sequitur Sanchez d. disputatione 51. numero 12.

11 Quinto obseruandum erit, quod sicut a sponsalibus veris non licet resiliere ante pubertatem, ita neque a praesumptis, quae resultant ex matrimonio per verba de praesenti ab impuberibus contracto, cap. a nobis de desponsatione impub. & ibi communiter DD. Couar. in 4. 1. parte c. 5. §. 1. numero 1. Cuchus lib. 5. in fin. maior. tit. 10. num. 80. Thom. Sanchez d. l. 1. disputatione 51. num. 7.

12 Ultimo his addendum duxi, impubertem sponsalia praestito iuramento contrahentem ratione aetatis non posse ab ijs recedere, sed ille contractus in vim, & effectum sponsalium perfectus est, iuxta glossam in d. ca. de illis, el primero, verbo iudicio de desponsatione impub. vbi communiter DD. glossa etiam in ca. ex literis, el segundo, verb. sub iuramento, de sponsal. & ibi etiam communiter DD. Couar. in quarto, prima parte cap. 5. §. 1. numero 3. & de pact. in sexto, tertia parte §. 1. numero 3. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 22. & 23.

13 Qui omnes censent, hoc iuramentum, vt firmet sponsalia praestandum esse ab impuberibus doli capaxibus, qui, quoad hunc effectum tales dicuntur, quando ita proximi puberati sunt, vt intellectum, ac discretionem ad firma omnino, & irreuocabilia reddenda sponsalia, & generaliter quoad contractus, & tunc masculus dicitur proximus pubertati, quando excedit decimum & dimidium annum, foemina vero, nonum & dimidium, iuxta glossam in §. Pupillus, verbo infantia in fin. de inutilib. stipul. & gloss. final. in l. 1. & ibi Bart. nu. 6. ff. de nouat. Navar. lib. 4. consil. in 1. editione titulo de sponsal. consil. 29. n. 11. & refert plures Petrus Duennas in reg. 259. limitatio 3. Caldas Pereyra in l. si curatorem habens in parte minoribus, numero 7. & 8. C. de integ. restit. num. & de maculo habetur in l. 6. titulo 3. partida 6. & l. 4. titulo final. eadem partida, & l. 1. §. 1. l. 8. titulo 31. partida 7. sed verius est, hoc arbitrio iudicis relinquendum esse, vt docet cum alijs Duennas vbi supra, & Couar. in 4. de sponsal. 2. parte ca. 5. numero 5. & in Clementis si iuriosus tertia parte in princip. nu. 5. de homie. diximus in authentica sacramenta pueri num. 4. C. si aduers. vend. & haec est verior, & magis recepta opin. secundum Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 57. nu. 43. quod iudicis arbitrium iuxta puerum, & foeminam, non excedentes dictam aetatem, vt iudicet proximos esse pubertati maxime coniecturis, & cautissime, & raro duci debet: sed post eam aetatem non tam vehemens coniectura desiderantur, sed satis erit aliquot mediocria signa pendere, quibus arbitretur puerum esse proximum pubertati: illum vero puerum, cui sex tantum menses ad aetatem perfectam deerunt, audacius, ac leuionibus argumentis proximum esse pubertati arbitratum secundum Couar. in priori loco relatum, Duennas vbi supra limitatio 3. ad fin. Menoch. vbi supra numer. 52. & Thom. Sanchez disputatione 51. num. 24. quod si impubes non esset, ita doli capax indiget relaxatione iuramenti, quae facile concedenda est secundum Couar. in quarto, prima parte §. 1. numero 4. Gratian. regulae num. 4. & Sanchez vbi supra num. 25.

legans Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. d. disputa-
tione 54. num. 1. ubi quod hæc distinctio respectu e-
iusdem, vel alterius Prouincie procedit, quando
scitur, quo sponsus se translulerit: sed si hoc igno-
ratur, triennio expectandus sit secundum Alex. de Ne-
uo, Couar. & Matienç. ubi supra 4. hocque disponi-
tur in d. l. Regia 2. ubi Gregor. in glos. no lo puede, hoc
notat.

Poterit autem iudex tempus hoc restringere, ob
fornicationis alterius sponsi periculum, vel ex alia
iusta causa secundum Hostiens. Ioan. Andream. Bur-
trium. Alexandr. de Neuo, Syluest. Couar. Gregor.
Lopez, Marien. & Mocium supra citatos, & alios,
quos refert, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra
numero 4. addens, quod similiter poterit ex causa
iusta hoc tempus protrahere ex sententia quorun-
dam Authorum, quos refert.

Jure autem Canonico habemus tex. in cap. de illis
de sponsal. de hoc loquentem, qui nullum prescri-
bit tempus expectandi sponsum absentem, sed li-
berum esse decernit alteri aliud matrimonium ce-
lebrare, ait enim: si quis iurauerit aliquam ductu-
rum, & postea dimittit terram se ad alias partes
transferens, liberum erit mulieri cum alio contra-
here recepta de peritio penitentia, si per eam ste-
rit.

Sed videtur, quod tex. hic non denegat, tempus
legale expectandum esse, sed tantum decidere libe-
rum esse sponsæ alij nubere, si sponsus dimittat ter-
ram, se ad alias partes transferens: quæ absentia
iuxta Jus Civile accipienda videtur, cum ei expref-
se Summus pontifex non derogat, nec illud suffe-
rat, vneuitur legem correctio: & in terminis ita
conluit glos. in d. 6. de illis, verbo liberum, & ibi DD.
glos. etiam in cap. sic ut, verbo quicunque de sponsal. & ibi
etiam DD. & hæc est communis sententia Cano-
nicarum secundum Greg. Lopez in d. l. 8. glos. supra tres
annos tit. 1. partia 4. qui eam dicit tenendam cum d.
l. 8. hoc declarat. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent.
5. casu 453. numero 7. Matienç. in rubrica glosa. nu. 48.
tit. 1. lib. 5. nona collect. Reg. qui eam communem di-
cit, sequitur etiam Ant. Cuchus ubi supra, lib. 5. in-
fir. maior. tit. 1. o. numero 64. cum sequenti. Syluest. in
summa verb. sponsalia questione 10. casu 4. Rofel. eodem
verb. numero 8. Palud. in 4. distinct. 27. questione 1. art. 3.
casus, numero 19. Dicus Antoni. in 3. parte sue sum-
mat. 1. ca. 18. §. 1. casu 2. Viger. lib. 6. infir. c. 16. §. 7.
vers. 7. Petrus de Ledesma de matrim. quest. 42. arti-
culo 3. vers. septima causa 3. & eam dicit probabiliter
Thom. Sanchez ubi supra num. 5.

Nihilominus tamen contraria sententia verior,
communis etiam & tenenda est; imo quod Jus Ci-
uile supra dictum corrigatur, per d. ca. de illis: Se ideo
sponsus in longinquam se Regionem transferente,
non obtenta licentia sponsæ; liberum erit ei, alij
nubere: tum, quia longerecedens, videtur cedere
iuri sponsalium: tum etiam, quia in d. c. de illis dicitur
liberum esse, & posse sponsam aliud matrimo-
nium libere contrahere: si autem triennium aut al-
iud tempus, vel sponsi licentiam expectare debe-
ret, jam non posset libere cum alio contrahere: ar-
gumento glosæ in Clementina dudum de sepult. verb.
libere.

Ubi quod verbum, libere, denotat, non esse ne-
cesse licentiam sacerdotis parochialis habere: quam
sequuntur Abb. numero 4. Barbat. & Alciat. in cap. 1.
de off. ordin. in 3. notat. & Curt. in 2. parte de feud. que-
stione 2. & alios plures referens Couar. in quarto, & prima
parte ca. 5. in princip. sub numero 7. Sanchez d. lib. 1.
disputacione 54. num. 6.

Similiter dicto, libere, intelligitur id est, sine con-
sensu alicuius, glos. in cap. cum plures, verbo, libere, de

offi. deleg. Jas. in l. nemo potest in 4. questione, num. ff. de-
legat. 1. Alciat. consil. 1. 31. num. 5. lib. 9. & consil. 12. nu-
mero 3. lib. 4. quos refert, & sequitur Octau. Vulp. de
prepositione, adverb. & coniuñt. signific. super dictione,
libere, numero 2. vers. & quod dictio, libere, pagina 57.
Nec alicuius auctoritatem, vel consensum requirit,
vt docet Bald. in ca. que in Ecclesiis num. 6. de con-
stit. Tiraquel. in l. si inquam, verb. reuertatur. num. 1. 24.
C. de reuoc. donat. & alios allegans Octavian. ubi su-
pra in princip. ante numerum 1. ubi quod dictio, libe-
re, significat, sine vilo penitus impedimento, ita, vt
alicuius consensus non requiratur secundum Roland.
à Valle consil. 2. numero 18. volum. 1.

Ratio autem diuersificatis inter Jus Canonicum,
& Civile in hoc est, quia Jus Civile solum bonum
publicum considerat, nec ad peccatum attendit, vt
notatur in regula possessor. mala fidei de reg. iur. in 6. Jus
autem Canonicum peccatum considerat: quare
cum ob sponsi absentiam imminet fornicationis
periculum sponsæ, concedit illi in præmissa specie
posse libere contrahere.

Et ita merito hanc secundam partem probarunt,
& tenent contra priorem Abb. in fin. Cardinal. in
versio. que sit ratio, & Præpos. in d. ca. de illis numero 1.
& ibi Alexan. de Neuo numero 15. Mynsing. in ca. quoniam
frequenter §. porro num. 17. vt late non coniter
Couar. in 4. parte c. 5. in princip. sub numero 7. Angel.
in summa verbo sponsalia numero 26. & ibi Summa Ta-
biena questione 9. num. 10. casu 2. Armilla num. 12.
Brunel. de sponsal. conclusiones 8. numero 3. est verior
secundum Moci, ubi supra d. numero 12. eandem sequuntur
Nauar. in Manual. Latin. ca. 22. numero 2. casu 4.
Carrer. lib. 1. de sponsal. cap. 1. §. Lancel. in summa. Turis
Canonici lib. 2. tit. de sponsal. verbo liberum, Sotus in 4.
distinctione 27. questione 2. articulo 5. vers. decimo, quan-
do: Enriquez lib. 11. de matrim. ca. numero 5. Candelab.
aur. 7. sacrament. in prima parte de sponsal. ca. 5. nume-
ro 36. Ludouic. Lopez in secunda parte Infructu. de ma-
trim. ca. 38. folio 1047. Philiare. de offic. sacerdot. 1.
tom. parte 2. lib. 2. ca. 1. Manuel. Rodrig. in summa 1.
tom. in 2. editione ca. 24. §. numero 4. & est sententia
probabilior secundum Thom. Sanchez ubi supra; qui
eam sequitur numero 6. ex quibus facile deprehendi-
tur hanc esse satis receptam sententiam veram &
tenendam.

Quæ procedit, etiam si sponsalia juramento con-
firmata fuerint, vt expresse cauetur in d. c. de illis, &
tenent plerique ex Doctoribus supra citatis.

Illa tamen differentia in proposito inter sponsa-
lia jurata, & non jurata constituit Abb. in ca. sic ut
numero 11. de sponsal. quod ad illa dissoluenda requi-
ritur iudicis auctoritas, ad hæc tamen, minime, sed
in vtroque casu eam requiri tenet D. Couar. in quar-
to de sponsal. prima parte c. 5. in princip. sub d. numero 7.
& Mocius d. numero 12. idem probantur Ancharran-
nus in d. ca. de illis numero 3. & Nauar. ubi supra, di-
cens esse necessarium iudicem certum recedendi
tempus prescribere, vt eo transacto, possit femina
alij nubere; iudicisque arbitrio relinquij tempus ab-
sentie sponsi, dixit Philiare. ubi supra, qui & Ma-
nuel Rodrig. etiam ubi supra dicunt iudicis licentia
obtentam esse sponsæ alij nubere.

Verius tamen esse censio in vtroque casu non ef-
se præcisè necessarium Ecclesiæ iudicium, quoties
manifeste constat, sponsum in longinquam regio-
nem iam diu se conuulisse absque spe proximi red-
ditus, sed posse tunc libere sponsam alij nubere, vt
probat expresse in d. c. de illis, ubi loquens de spon-
salijs iuratis, aut liberum esse sponsæ cum altero
contrahere: quia vt supra iure probauimus, ubi ali-
quid libere fieri potest, nulla alterius desideratur
licentia, auctoritas, neque consensus: & in termi-
nis

nis nostris ita voluerunt Soro, & Enriquez ubi supra,
& tenent expresse Summa Tabiena verb. sponsalia,
questione 9. num. 10. in 2. casu, Armilla num. 12. Lan-
zelot. in summa. Turis Canonici lib. 2. tit. de sponsal. verb. libe-
rum, quos sequitur Thom. Sanchez ubi supra num. 8.
ubi num. 9. recte contra Enriquez suprad. commu-
nem, & receptam sententiam, de qua supra hoc c.
n. 3. in vers. nihilominus, tenet procedere in vtroque
foro, dummodo, vt per ipsam ibi num. 10. intelli-
gitur, non de quacumque sponsi absentia, sed dum in
terram longinquam se translulit, vt aperte signifi-
catur in d. ca. de illis, ubi, dimittit terram, se ad alias
partes transferens, & constat ex mente prope omni-
um Doctorum supra adductorum.

6. Alias namque: si sponsus esset, in loco propin-
quo expectandus esset, vel requirendus, vt intra cer-
tum tempus contrahat matrimonium: est iusto
impedimento detinere, non essent temere spon-
salia dirimenda, sed attenda sponsæ qualitate, quæ
forsan ex mora fornicationis periculum patereret,
ita credit D. Couar. d. nu. 7. ad fin. ubi, credo tamen,
& Matienç. in rubrica glos. numero 48. titulo 1. lib. 5.
noue collect. Reg. Candelab. aureum 7. sacrament. Lu-
dou. Lopez ubi supra, necnon & Thom. Sanchez ubi
supra num. 11. & Mocius etiam ubi supra numero 12.
ad finem.

7. Similiter etiam intelligenda est vtraque senten-
tia, ubi non est spes de proximo sponsi redditu, ea
enim existente non dissoluitur sponsalia, vt colligi-
tur ex verbis modo relatis d. cap. illis, & tenent ibi
Abd. in fine, & Præposit. nu. 5. Angel. in summa verb.
sponsalia num. 26. & ibi Syluest. quest. 10. casu 4. Ta-
biena quest. 9. num. 10. casu 2. Armilla num. 12. Enri-
quez lib. 11. de matrim. ca. 14. num. 5. & Thom. San-
chez d. l. 1. de matrim. distinct. 5. §. num. 12.

8. Quod si sponsus de licentia sponsæ longinquum
se translulit, inter eosque conuenit de absentia tem-
pore, tantum eo tempore tenetur sponsa cum expe-
ctare, secundum Joannem Andream in d. cap. de illis
num. 5. & ibi Ant. de Butrio numero 5. quare si tem-
pore stabilito, seu statuto, non venerit, potest spon-
sa alij nubere, nisi constaret sponsæ, inculpabiliter
sponsum non venire tempore statuto, vt intelligit
ibidem Sanchez numero 10. qui numero sequenti, cum
alijs ex supra dictis, tenet, sponfam de futuro non
teneri sequi sponsum vagum.

nem dissoluat: & quia iuramentum habet in se tacit-
am conditionem, nisi alter peccauerit in torum,
quia frangenti fidem fides seruanda non est, sique
ob hoc fornicans suspectus de fide in futurum ser-
uanda ita definitur in c. quemadmodum de iur. iurand.
l. 8. versu. la sexta et, & ibi notat Gregor. Lopez titu-
lo 1. partia 4. Neque in hoc est facienda differentia
inter virum & feminam post præd. sponsalia forni-
cantes, quia quo ad hoc non iudicatur ad impari-
aria, cap. Apostolus 32. questione 7. ita Abb. in d. capit.
quemadmodum num. 4. idem consil. 48. in prima parte
consil. D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte ca. 5.
in princip. sub numero 2. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2.
cent. 5. casu 453. numero 5. Brunel. de sponsal. conclusiones
8. numero 4. Palud. in 4. distinctione 27. questione 1. ar-
ticulo 3. casu primo, numero 17. Candelab. aureum septem
sacrament. 1. parte de sponsal. ca. numero 34. Enriquez
lib. 11. de matrim. ca. 14. numero 6. Ludouic. Lopez in
secunda parte Infructu. in materia de matrimonio cap.
38. folio 1039. sequitur Thom. Sanchez de matrimo-
nio lib. 2. disputacione 55. numero quarto, dicens, a-
liquem de hoc dubitarem non reperisse, & quod
ceteri DD. indistincte loquuntur: nec tamen (vt
bene docet ibi numer. 5.) differunt circa hoc vir, &
femina: quod si ipsa post sponsalia de futuro tactus
impudicos alterius, aut amplexus, & oscula patri-
aria, poterit vir ab sponsalibus recedere, quia est
notabilis mutatio, idque in magnum viri dedecus
cedit: & quia huiusmodi femina dicitur impudice
viuere: at vero & conuerfo femina non permittit
dissolueri sponsalia ob huiusmodi tractus spon-
sali cum alia, quia id sponsæ non est dedecus, nec est
mutatio alicuius momenti: & solum pars sunt rati-
one mutæ fornicationis ad dissoluenda sponsa-
lia; ita credit Sanchez ubi supra d. numero 5. ad fin.
Hoc tamen vtrumque dubium videtur, quandoquid-
dem vir hæc faciens etiam dicatur impudice viuere,
& iuste timeri inde possit periculum fornicationis,
& præterea negari non potest, quin sit mutatio ma-
gni momenti, licet non tanti, sicut in femina respec-
tu viri.

Supradicta tamen sponsalium resolutio ex causa
fornicationis est in fauorem solius innocentis, quare
fornicans strictus manet, innocens autem liber,
ita tenent, & probant D. Couar. ubi supra, Sarmient.
lib. 1. Selectar. interpret. cap. 5. numero 3. Nauar. in Ma-
nual. Latin. cap. 22. numero 27. versu. non, Anton. Cu-
chus lib. 5. infir. maior. titulo 10. numero 62. Alex. Car-
rerius lib. 1. de sponsal. ca. 15. Petrus Nicol. Mocius de
sponsal. tit. quomodo soluantur sponsalia numero 9. folio
171. columna 1. Manuel Rodrig. in 1. tom. sue summe
in 2. editione cap. 24. numero 6. Petrus de Ledesma de
matrim. questione 43. articulo 3. casu 6. & Summis
alijque Authores, quos refert, & sequitur Thomas
Sanchez ubi supra, numero 6. ex quibus constat, hanc
esse communem, & veram sententiam.

Quod si sponsa de futuro vi præcisæ cognita sit,
videtur ob hoc non præberi iuste causam dissoluen-
di sponsalia, quia sponsa non fuit in culpa, nec simi-
li culpa separata matrimonium, quoad torum, vt
omnes fatentur, nec femina fidem frangit, nec lu-
specta redditur in futurum, sique cessare videtur
in hac specie rationes d. ca. quemadmodum, & in ter-
minis ita tenet Summa Tabien. verbo sponsalia que-
stione 9. numero 10. casu 6. Armilla aur. in eodem verb.
nu. 12. hoc limitantes, si sponsus ad ordines promo-
ueri anhelet.

Nihilominus tamen verior, & receptor senten-
tia habet, esse causam sufficientem dissoluen-
di sponsalia de futuro per copulã habitam cum sponsa vi præ-
cisæ cognita, eo quod hæc sit notabilissima muta-
tio & maxima nota vir afficeretur, rati enim crede-
rans

CAPITULUM XXXI.

De dissolutione sponsalium de futuro ex causa
fornicationis.

SUMMARIUM.

- 1. Sponsalia de futuro etiam jurata dissoluntur per for-
nicationem subsequentem sponsi, vel sponsæ: &
quid per tactus impudicos, amplexus, vel oscula.
- 2. Sponsus, vel sponsa de futuro fornicans strictus manet,
innocens autem liber.
- 3. Sponsa de futuro vi præcisæ cognita carnaliter ab alio,
an dissoluatur sponsalia?
- 4. Sponsalia de futuro an dissoluantur vtriusque fornicatione?
- 5. Sponsalia de futuro an dissoluantur fornicatione spi-
rituali, vt si alter sponsum in heresim incidit, as-
firmatur.

Cercum est sponsalia de futuro etiam jurata dis-
solui per fornicationem, siquidem ea matri-
monio superueniens, ipsum, quoad tori separatio-

rent inuitam omnino cognitam esse: & qualitercūque id eueniat, abhorrent homines cum ea contrahere, quod & alij rationibus hanc verissimam sententiam probant & tenent glof. verb. *matuerit in ca. raptor 27. questione 2. & in ca. sic quippe verb. quaritur. eadem questione; & in d. ca. quemadmodum verbo oculos; & ibi Hostiens. super verbo iuramentū. & communiter DD. d. l. s. & ibi Gregor. Lopez verbo; *robada. titulo 1. paritā 4. D. Couar. vbi supra numero 2. & Nauar. d. numero 27. versic. 9. Cuch. etiam vbi supra. d. numero 62. & alij plures, quos refert; & sequitur Thomas Sanch. d. disputatione 55. numer. 7. & Mocius vbi supra; secus erit respectu viri omnino inuiti, culpæque expertis fornicantis, cum in eo videantur cessare prædictæ rationes, quæ in femina contrarium suadent, vt obseruat Thom. Sanchez vbi supra numero 8.**

Contrarium tamen verius esse mihi videtur, raro enim credi potest virum omnino inuitum expertemque omnis culpa femina cognouisse, quod si id aliquando contingerit, adhuc notabilis mutatio videtur: & ideo merito hanc sententiam tenuit glof. in d. ca. sic quippe in fine 27. questione 2. & videtur quoque tenere Naua. in *Manual. Latin. d. cap. 22. num. 27. vers. 9.* dum indistincte dicit sponsalia dissolui ob alterius fornicationem violentam, quamuis hos graues Auctores contra se Thom. audire nolit, sed merito audiendi, & sequendi. Pro qua distinctione facit doctrina Patris Toledo in *sua Summa instruat. Sacer. lib. 5. cap. 10. versic. alter casus*: quæ habet, quod si femina comprehensa cogere ad fornicationem, dum modo illa interius nõ consentire actui, quamuis patereat ab altero, & sentiret etiam delectationem, non peccaret, sed quod hoc non habet locum ex parte agentis: nam agens absque consensu non agit: in consensu autem est mortale, nec excusatur propter mortis periculum vel metum, nam quamuis passurus esset mille mortes, & liberaturus esset mille vitas aliorum, nunquam licet ex consensu fornicari, sed nihilominus in specie præd. Sanchez, verius mihi videtur in foro externo, quod aduersus cum dixi.

Denique obseruandum est in proposito, non compensari mutua delicta, si vterque post sponsalia fornicator, & sic fornicationem ipsorum cum fornicatione viri: quare licet femina fornicans non possit resiliere ob ipsius fornicationem, poterit tamen vir fornicans resiliere, vt cum communi tenet Enriquez lib. 31. de matrimonio c. 14. numero 6. & Sanchez vbi supra numero 9. aduersus Palud. in 4. sentent. distinctione 27. questione 7. articulo 3. nu. 17. versic. quarto in compensando.

Ultimo, quod dictum de fornicatione, vt ob eam dissoluantur sponsalia de futuro etiam iurata, procedit secundum omnes, de fornicatione spirituali, vt si alter sponsus in hæresim incidit, quia hæc est notabilissima mutatio, vt tenet Thom. Sanchez vbi supra numero 3.

CAPITULUM XXXII.

De dissolutione sponsalium de futuro ob superveniens impedimentum, vel deformitatem.

SUMMARIUM.

- 1. Sponsalia de futuro an dirimantur ob impedimentum dirimens superveniens, & quid de impedimento impediēte tantum? num. 2. & sequentibus.
- 3. Sponsalia de futuro, etiam iurata, dissoluantur scditate notabili, vel oculorum amissione, vel tur-

piore alia causa superveniente, secus, si tempore contractus inerat, vel paralyti, aut lepra? & numero quarto quomodo hoc intelligatur.

5. Sponsalia de futuro an dissoluantur, si sponsa tempore sponsalium pulcherrima esset, postea vero efficiatur notabiliter deformis?

Impedimentum dirimens superveniens sponsalibus de futuro, non dubium est ea dirimeret: veluti, si contractis prædicti. Sponsalibus oriatur affinitas inter ipsos ex fornicatione cum sanguineis in primo, vel secundo gradu, quia iam non potest inter illos consistere matrimonium, iuxta decisionem Concilij Tridentini, sessione 24. de reformatione matrim. ca. 4. Mocius de sponsal. titulo quomodo dissoluantur sponsalia numero 15. folio 171. & hoc fatentur omnes olim intra quartum gradum, vt ca. nõ debet de consanguin. & affinit. l. 3. versic. la quarta, titulo 1. paritā quarta. ibi si ante que otiessen de ser en vno acasie esse cum adia entre ellos, de manera que alguno dellos se ayuntasse carnalmente con pariente. d. con pariente del otro, tex. in ca. si quis sponsam 27. questione 2.

De impedimento impediēte tantum dubitant DD. quibusdam tenentibus ob id dissolui sponsalia de futuro ex parte innocentis solum, ne alter ex crimine suo reportet commodum, & ideo licet obri neat dispensationem, nõ habeat jus ad priora sponsalia, quia iam innocens ius dissolui de acquirit, vt refert Paludan. num. 31. in loco citato citando, & etiam Petrus de Ledesma quest. 43. de matrim. art. 3. causa 3. & voluerunt etiam Soto lib. 4. distict. 27. q. 2. art. 5. causa 8. & Lanzelot. in *instr. iuris Canonici. lib. 2. tit. de sponsal. verb. dissimulatio*: alij vero tenent non dirimi sponsalia per superveniens impedimentum, quod tantum impedit, excepto voto simplicis castitatis, vt refert Thom. Sanchez: qui hoc tanquam vetus tenet contra primum lib. 1. de matrim. disp. 56. per totam, quia talia impedimenta matrimonio obstant, dum res est omnino integra, secus, quando sponsalia præcesserant, & sic inchoato matrimonio, & quia impedimenta hæc, excepto voto, iuxta opin. multorum non sunt in usu, neque dispensatione indigent, & hanc partem, vt veriorē, tenuit prius Paludanus in 4. distict. 27. q. 1. art. 3. num. 32.

Ego vero primum probō, si impedimentum præd. dispensatione eget, & non possit faciliter impetrari, cum obset matrimonio indistincte, siue præcedat, siue subsequatur, secus alias: & hoc modo concordarem præd. duas opiniones contrarias: promissio enim intelligitur, rebus in eodem statu permanentibus iux. præd. & quemadmodum; tenebitur tamen in primo casu delinquens, si feminam dehorat, vel si ea notabilem famæ iacturam patitur, nisi ducatur in uxorem, ex iusta causa impedimentum auferre modo sibi possibili, vel eidem mulieri alias competenter, pro viribus satisfacere: eo namq; ipso, quod sponsa habet jus ad matrimonium, comparat jus, ne iniuste impediatur, ergo sponsus, qui iniuste impedit, ad hoc ex iustitia tenetur, secus quando nec hæc concurrunt, & dispensatio magnis impensis eget, & magna mora, vt quia Roma valde dilatat, & hoc verius videtur, quam opinio Petri de Ledesma de matrimonio quest. 43. art. 3. causa 3. affirmantis indistincte teneri dispensationem impetrare sponsum præd. vt sponsalia perficiatur, quia culpa sua effectus est impotens, nec par sit, vt immunitatem à fide prestita delictum illi concedat, contra tex. in cap. secundo, de translat. Prælat. sed præd. distinctio mihi magis placet, quam tenet Thomas Sanchez d. disputatione 56. num. quarto interpretans Ledesmam vbi supra, & quamvis loquatur in impedimento dirimente, idem eadem ratione

ratione dicendum est in impedimento impediēte, quando dispensatione indiget, vt in nostro casu; supposito, quod in vtroque sponsalia dirimuntur.

3. Similiter proculdubio dissoluantur sponsalia de futuro, etiam iuramento firmata, scditate, notabili, vel oculorum, vel nasi amissione, vel turpiore alia causa superveniente, vel paralyti, aut lepra: sic definitur in d. cap. quemadmodum in princip. de iur. iurand. quia iuramentum intelligitur rebus in eodem statu permanentibus. l. 1. titulo primo partu a, quarta. ibi, la terecra ex, si alguno de ellos se haze caso, o comrecho, o cegasse, o perdisse las narizes, o le anniesse alguna otra cosa mas de fugusada, que alguna destas sobredichas. Vnde idem erit de quolibet morbo contagioso superveniente alteri sponso: est enim notabilissima mutatio, vt si morbus Gallicus alteri superveniat, vt probat Nauar. in *Manual. Lat. cap. 22. numero 27. causa octavo*, Marcus Anton. Cuchus lib. quinto in *inst. maior. titulo 10. numero 63. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 14. numero sexto*, Petrus à Ledesma de matrimonio questione 43. articulo 3. causa quinta. Philiar. de officio Sacerd. tomo primo parte secunda, lib. 2. cap. 1. Mocius vbi supra, vbi loquitur in lepra: est enim contra bonum prolis sicut etiam præd. morbus Gallicus, & huiusmodi, tenet etiam Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio, disputatione 57. numero 2. vbi numero 3. idem tenet de gravi infirmitate superveniente, vt epilepsia. secund D. Thom. in 4. distictione 27. questione secunda, articulo tertio ad tertium, Paludan. ibi questione prima, articulo tertio, causa septimo numero 25. & Ant. Cuchum vbi supra d. numero 62. vbi idem probat, si os male oleat, nec arte medici subueniri possit: idem à fortiori dicendum est. secund. Cuchū, & Sanchez vbi supra si animi, vel exultationis notabilis deformitas sequuta sit, vt si sponsus furti, vel alterius criminis turpis damnatus sit: quia est notabilis mutatio, imo maior est morum, & famæ habenda ratio quam corporum.

Et quod diximus de oculorum amissione iuxta tex. in d. cap. quemadmodum, qui in numero plurali loquitur, non procedit, si alter oculus tantum amittatur, vt affirmat Paludan. vbi supra. Sed nihilominus verius videtur adhuc vnius oculi amissione dissolui sponsalia de futuro præcedentia etiam iurata, quia est notabilis deformitas, & magna mutatio: facit etiam d. l. Regia octava, ibi, cegasse, & in terminis ita tenent Nauar. Philiar. Petrus de Ledesma, & Sanchez numero tertio, vbi supra post D. Antoninum in *sua Summa tertia parte, titulo primo, ca. 18. §. primo. causa 3.*

Supradicta omnia vellem intelligas ex parte illius, qui illesus est, quia eo volente solvantur sponsalia prædicta: secus alia, quia in favorem illius hoc introducendum est in dicitis viribus: & palam est, quemlibet favori pro se introducto renuntiare posse, l. si quis in conscribendo C. de Epif. & cleric. & in *Leodem modo incipiente, C. de pat. cum simi.* hoc tamen in proposito procedit, nisi morbus incurabilis superveniens talis esset, vt medicorum iudicio notabiliter matrimonium noceret, aut offenderet, non enim tenetur morbo affectus, cum tam notabili salutis detrimento, fidei sponsalium stare, maxime cum res non sint in eodem statu, sed notabiliter mutata, ita Sanchez, d. disp. 57. n. 5.

Illud tamen in proposito se offert examinandum, an si sponsa tempore sponsalium pulcherrima esset, postea efficiatur notabiliter deformis, dissoluantur sponsalia ex parte ipsius? Et quidem cum tex. in d. cap. quemadmodum in versic. quod si post huiusmodi: tantum permittat hoc ob oculorum, vel nasi

amissionem, vel pariter ob paralytū, similiter & l. Regia d. versic. la tercera, verius esse censio in nostra quest. sponsalia non dissolui, vt in terminis arbitratur D. Couar. in 4. de spons. l. 1. cap. in princip. numero 6. ad fin. eandem sententiam tenent, & probant Alex. Carrer. lib. primo de spons. cap. 5. in fin. Matiang. in rubrica gloss. 1. num. 47. titulo 1. lib. 3. nou. collect. Reg. Ludovic. Lopez in secunda parte sui *instruat. in materia de matrim. cap. 38. folio 1047.* Quicquid Tho. Sanchez d. disputatione 57. numero 4. probet contrarium, dicens, verius sibi videri, quod in præd. specie dissoluantur sponsalia, sed fallitur meo iudicio, immemoroque recepit ab opinione tantorum virorum sic recte fundata in decisione didorum iurum: nec obstant sua fundamenta, quia loquuntur in deformitate, & mutatione membrorum, veluti amissione oculorum, vel nasi, aut paralyti, quæ est grauis infirmitas, & morbus: at deformitas, de qua hic nunc agimus, vt aduertatur pulchritudini vultus præcedenti, non est huiusmodi, igitur, &c. Et quāuis Innocentius in d. cap. quemadmodum numero 3. & ibi Hostiens. super verbo profectio, explicantes illum tex. & illius rationem reddentes dicant, dissolui sponsalia, quando notabilis deformitas supervenit, quia non manent res in eodem statu, cum non sit femina apta facere id, propter quod dicitur, scilicet, tollere viro fornicandi occasione, quia ad eam tam deformem accedere non valet: hoc de deformitate, tex. in d. cap. quemadmodum, quem interpretantur, intelligendum est, non vero de alia inferiori diversi generis, nempe, per aures bocho de hermosa, & sin perder los ojos, si nariz es, ni tener otra enfermedad de las expresias in derecho. Siquidem patet, virum posse accedere ad non pulchram, imo frequenter contingit, viros habentes pulcherrimas mulieres, cum aliis non pulchris fornicari: similiter responso eiusdem Authoris ad d. cap. quemadmodum, quæ habet, illam deformitatem oculorum, aut nasi amissionis, aut lepræ, proponi ibi tantum exempli gratia quod regulam non arctat, siue dispositionem l. 1. §. quod vulgo ff. de vi. & vi armat. l. damni infest. stipulatio ff. de damn. infest. nihil obstat, quia procedere potest in similibus eandem rationem habentibus, aut graioribus deformitatibus, quam ibi expressis: præsertim cum ille tex. adiciat post exempla lepræ, & paralytis: illud nempe oculorum, aut nasi amissionis, vel quicquam ei turpius eueniret, & idem d. l. Regia d. ibi, o le anniesse otra alguna cosa mas de fugusada, que alguna destas sobredichas: non vero in deformitate procedente ex defectu pulchritudinis, quæ multo inferior deformitas est, & minime comprehensa sub dispositione d. cap. quemadmodum, vt patet: morbus autem Gallicus contagiosus est, & nimis saluti contrarius, nimirum ergo vt ex eadem ratione d. cap. quemadmodum à DD. includatur sub eius dispositione, alia enim sequeretur, quod ex solis febribus ordinariis, & debilitate faciei, atque corporis, absque alia gravitate nocua morbi sponsalia de futuro dissoluerentur, quod videtur absurdum, & contra mentem Pontificis in d. cap. quemadmodum,

CAPITVLVM XXXIII.

De aliis causis ob quas dissoluantur sponsalia de futuro.

SUMMARIVM.

- 1 Sponsalia de futuro procedentia ad dissoluenda, est sufficiens causa nisi ab his morum asperitas, vel sanctitas, quod non cognoscitur.
- 2 Sponsalia de futuro dissoluantur ob graues, & capitales inimicitias inter sponfos ortas.
- 3 Sponsalia de futuro an dissoluantur ob paupertatem superuenientem? & num sequenti.
- 4 Mulier nubens an tacite intelligatur omnia bona sua in dotem dare?
- 5 Iurans se aliquam ducturum in uxorem, nulla dotis promissione praemissa, an teneatur eam ducere, si ea ipsi nullam dotem assignare veller, cum sic dixerit?
- 6 Sponsalia de futuro dissoluantur ob notabile inconueniens superueniens, vel nouam causam, quae a principio existens ea contrahi impediret: & procedi etiam si sponsalia praedicta iuramento essent confirmata, vt in n. 7. & procedi etiam si praed. noua causa superueniat, postquam sponfus fuerit in mora implendi praed. sponsalia, vt in n. 8. non tamen sufficeret defectus solus magne pulchritudinis, vt in n. 10.
- 9 Credendum an sit in utroque, vel altero foro asserenti se minime promissurum si talis causa adfuerit?

Notabilis mori asperitas, vel sanctitas, quod de nouo agnoscitur est sufficiens causa dissoluenti sponsalia de futuro procedentia, cum ipsa satis sit ad separationem, & diuortium matrimonii, quoad totum, & mutuam cohabitationem, vt in cap. ad literas de resit. sponsal. de quo late egimus l. Canon. questionum ca. 1. per totum: eodem namque argumento vitur text. in cap. quemadmodum de iur. iur. ad probandum fornicatione dimidi sponsalia de futuro, nempe, quia est iusta diuortii causa: & in terminis ita tenet Abb. in c. veniens n. 2. qui clericus vel uouent. & ibi Alex. de Neuo n. 2. Praepos. in c. de illis n. 5. de spons. Dom. à Soto in quarto Sentent. dist. 27. quest. 2. art. 5. casu 1. Angel. in summa verbo sponsalia n. 41. & ibi Sylu. quest. 10. casu 15. Tabien. quest. 9. n. 10. in fine. Armill. num. 13. Alphon. à Veracruz. in prima parte Specul. Coniug. art. 21. casu 15. Philarcus, Enriquez. & Ludo. Lopez, quos refert, & sequitur Tho. Sanch. l. primo de matrim. disp. 58. n. 1. vbi n. 2. idem eadem ratione probat, de qualibet sufficiens causa ad faciendū matrimonii diuortii.

2 Similiter dissoluantur sponsalia de futuro ob graues, & capitales inimicitias inter sponfos ortas ex ratione text. in c. 2. & in c. requisitus de spons. ne scilicet matrimonium infelices exitus habeat: & quia est noua causa, & notabilis mutatio superueniens, vt plurimos hoc tenentes refert, & sequitur Tho. Sanch. vbi supra n. 3. praesertim Nauar. in Manual. Lat. cap. 22. n. 27. casu 11. Greg. Lopez in l. 7. verb. excusationis. l. parit. a. & vltra eos Mocius de spons. tit. quomodo soluantur sponsalia, num. 16. fol. 171.

3 Sed an ob paupertatem superuenientem sponsalia de futuro procedentia dissoluantur, distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando dotis promissio praecessit. Secundus, quando ipsa non interuenit primo casu vera, & communis sententia est aduersus Bald. in d. c. quemadmodum n. 8. & Alex. de Neu. ibi n. 18. dissoluit sponsalia, nec teneri virū eam ducere, quia promissio est veluti conditio sub qua sponsalia celebrantur. ideo deficiente conditione etiam citra feminam culpā non obligant, vt pro-

bat post alios Greg. Lopez, in l. 7. verb. excusationis in 1. part. 4. Brun. de spons. conclus. 3. nu. 6. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cen. 5. casu 433. nu. 6. est communis secund. Couar. in quarto de spons. parte prima, cap. 5. in princip. num. 4. eamque sequuntur Domin. à Soto in 4. dist. 27. quest. 2. articulo 3. casu 6. Barthol. à Ledesma de matrimonio dubio 13. casu 10. Petrus à Ledesma, de matrim. quest. 43. art. 3. causa 9. Manuel Rodrig. in 1. tom. sua summa in 2. editione cap. 245. n. 5. & plures allegans Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. dispensatione 59. n. 2. cum sequentibus, vbi idem probat, licet sponsalia iuramento sint confirmata.

In secundo autem casu, quando sponsalia non praecessit dotis promissio, multi Authores tenent, nō dissolui propter paupertatem superuenientem: vt sunt gloss. in d. c. quemadmodum verb. oculos de iur. iur. & ibi Hostiens. super verb. iuramentum. l. And. n. 15. Alex. de Neu. n. 16. Ant. de Butrio n. 14. Imol. n. 10. hanc etiam sequitur communem esse professus D. Couar. vbi supra. n. 5. aduers. Abb. quē refert, sequitur etiam & eam probat Alex. Carrer. lib. 1. de sponsal. cap. 15. in fin. & Menoch. consil. 386. n. 3. volumine 2. Matieoc. in rubr. gloss. n. 47. tit. 1. lib. 5. noua collect. Rog. Pet. Greg. in suo Synag. iuris vniuers. parte 2. lib. 8. cap. 9. num. 9. Palud. in quarto distinctione 27. questione 1. articulo. numero 14. Ludouico Lopez. in secunda parte sui Instruitor. in materia de matrimonio cap. 38. folio 1047. Manuel Rodrig. vbi supra num. 3. limitans vt intelligatur, quando sponfus est itadiues, vt possit alias sustinere onere matrimonii. uxoremque alere: & hęc sententia est satis probabilis secund. Thomam Sanchez vbi supra num. 3. ex duobus fundamentis.

Primo, quia non est verum, quod mulier nubens tacite intelligatur omnia bona sua in dotem dare, quando nullam dotem promissit, vt cum aliis probat Couar. d. n. 5. Roland. à Valle de iaculo dotis quest. 73. Mascard. de probat. conclus. 577. in 2. Barbo. in rubrica ff. solut. matrim. in 4. parte n. 22. Secundo, quia imputet sibi sponfus, qui nullum de dote conuictuendū, atque sibi tradenda pactum adiecerit.

Nihilominus tamen verius esse censeo in praemissa specie dissolui sponsalia, quia mulier diues censetur omnia bona sua nubens in dotē promittere: vt contra priorem opin. negatiuum docet Bart. in repetitione l. si constanti n. 78. ff. solut. matrim. & plures allegans Anto. Gomez in l. 50. Taur. n. 17. & quāuis dubia sit hęc opinio Bart. quia quamplures, vt vidimus tenēt cōtrariū, de qua late agit Menoch. lib. 3. praesump. 6. per totam. negari tamen non potest, quin hęc sit notabilissima mutatio, & quae si a principio existeret, sponsalia impediret contrahi & praesertim ex eo hęc sententia principalis fulcitur, quia alias sponfus in eam non consentiret, si pauper esset a principio, etsi consentiret, fuit ratione ampli patrimonii, quod mulier tempore sponsaliorum habebat: & praed. promissio sponsalium, intelligitur rebus in eodem statu permanentibus argumento d. c. quemadmodum, vbi Abb. numero 10. licet aliquantulum dubius, hanc secundam opin. principalem contra priorem tenet & Brunel. de sponsal. conclusionem 8. numero 6. Angel. verbo sponsalia in summa numero 33. & Syluest. eodem verb. questione 10. casu 9. Nauar. in Manual. Latino cap. 22. numero 27. Anton Cuch. lib. 5. in tit. maior. titulo 10. numero 71. Enriquez de matrim. lib. 11. cap. 12. numero 6. & hanc sententia, tanquam veriori adhaeret Thom. Sanchez d. dispensatione 59. numero quarto, vbi numeris sequentibus infert idem esse dicendum in sponsalibus iuratis secundum Cuchum vbi supra n. 71. item sponfus tempore sponsalium ditissimus esset, nam eo postea factō notabiliter pauper, non teneretur sponsa ei nubere, quia

est notabilissima mutatio, quae a principio contractum impediret secund. Cuchum vbi supra d. n. 71. secus tamen esset, si vno sponso in eodem statu permanente, alteri ingentissima diuitiarum copia accresceret, quia non ob id sponsalia dissoluentur, quia alter non est effectus deterioris conditionis, ita Sanchez vbi supra num. 7.

Et retenta praeterea secunda opin. principal. ea limiranda esset, quod sponfus tempore sponsalium ita adamabat eam, vt etiam si bona non haberet, vel saltem non in tanta quantitate adhuc & suam fidē de matrimonio contrahendo praestaret, tunc namque defecere videtur potiora fundamenta secundae opin. praesertim cum prima sit communis indistincte, & satis probabilis, ac propterea vereor ne ea in praxi obseruanda sit, tametsi secunda verior videatur.

5 Quod si aliquis iurasset, se aliquam ducturum, nulla dotis promissione praemissa, teneretur quidem iuxta probabilem sententiam eam ducere, etiam si, cum diues sit, nullam eadem dotem assignare veller.

Quia femina diues non tenetur dotem non promissam assignare: cum enim matrimonium sine dote esse possit, conditio designanda dotis extrinseca est: ac conditiones extrinsecae non subintelliguntur, nisi exprimentur, l. si ita stipulatus §. Christophorus ff. de verb. oblig. & sponfus sibi imputet, quod nihil de dote constituenda pactus sit, vt praedicebamus: & in terminis in specie praemissa, quando sponfus esset diues, & haberet bona ex quibus posset seipsum, & sponfam alere, ita tenet, & probat, D. Couar. in 4. de sponsal. prima parte cap. 5. in princip. numero 6. Anto. Cuchus lib. 5. in tit. maior. tit. 10. num. 71. Matieoc. in rubrica glossa 1. numero 47. titulo 1. lib. quinto, non collectio Reg. Ludouico Lobez, in secunda parte sui Instruitor. consenti, in materia de matrimonio cap. 38. folio 1048. & cap. 36. folio 1036. & Manuel Rodriguez in sua summa primo tom. in secunda editione cap. 97. numero 8. & hoc probabile esse fatetur Tho. Sanch. d. lib. 1. de matrim. disp. 60. in princip.

Ego vero contrarium verius esse censeo, vt probauit, cū aliis in meo tractatu de iuramento confirmatorio prima parte cap. 37. numero 31. in fin. & est doctrina expressa Bald. in cap. iuratus numero 3. & 4. de probat. Palac. Rub. in repetitione cap. per vestras de donat. inter virum & uxor. notabil. 3. §. 2. num. 4. sequitur Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cen. 5. casu. 433. numero 6. Palud. in 4. distinctione 28. questione 1. articulo 2. conclusionem 4. num. 14. vbi ampliat etiam si vir sub promissione matrimonii virginem deflorasset, adhuc enim promissio praed. intelligitur, dote iuxta propriam possibilitatem constituta, & ideo sine ea non tenebatur eam ducere, & hoc credit probabilis esse Thomas Sanchez d. disp. 60. num. 2. alios referens.

6 Illud tamen regulariter obseruandum est in proposito, quod quando post contracta sponsalia de futuro, inconueniens aliquod notabile, aut noua causa superueniret, quae a principio existens ea contrahi impediret, praebet iustam causam ea dissoluenti. Ratio praecipua est, ex defectu intentionis, & quia rebus notabiliter mutatis (vt in proposito contingit) similis promissio non obligat: ita docent Hostiens. in summa titulo de iur. iur. n. numero 3. Anton. de Butrio in d. cap. quemadmodum, Gregor. Lopez in l. 7. titulo 1. parit. a. in gloss. excusatione: Nauar. in Manual. Latino, cap. 22. numero 27. & lib. 4. consil. in prima editione consil. 34. titulo de sponsal. & in secunda editione eodem titulo de sponsalibus, consil. 9. numero 1. Cuchus lib. 5. in tit. maior. titulo 10. in fine Petrus Nicol. Mocius de sponsal. titulo quomodo soluantur

sponsal. numero 17. verb. decimus quartus, folio 17. col. 3. Angel. in summa verbo sponsalia num. 21. & ibi Sylu. quest. 10. casu 17. & verb. pactum §. 4. & verb. iuratus enū 3. quest. 1. Armilla verbo, iuramentum numero 35. & alios plures referens Thom. Sanchez d. lib. 1. de matrim. disp. 62. num. 3. est igitur hęc regula vera, & communis, atque indubitata sententia.

Et procedit quidem etiam si sponsalia praedicta iuramento fuerint confirmata: quia iuramentum sortitur naturam, & conditiones contractus, cui adiecitur, l. fin. c. de non n. pecun. cum simi. & intelligitur, rebus in eodem statu permanentibus, vt in d. c. quemadmodum, de iur. iur. and. & probat late Thom. Sanchez vbi supra num. 4. quia hanc ampliationem in terminis tenet.

Procedit etiam eadem communis regula, & sententia secundum ipsum ibidem num. 5. licet noua causa superueniens, quae sufficiens sit, contingat postquam sponfus fuit in mora implendi sponsalia praedicta; & sic sua culpa: vt quia cum teneretur intra annum, aliumve terminum sponsalia implere, biennio non impleuit: nam si transiit illo termino prior sponsa fornicetur, aut alia notabilis mutatio superueniat, sponfus non tenetur eam ducere, tenebitur tamen ei damnum resarcire, quod ex mora sponsae redundauit, vt ibi recte probat: intelligo tamen hoc nisi culpa & facto proprio ipsius feminae id damnum ei acciderit, nempe ex propria fornicatione, vel alias, quia vltima mora nocet.

Addit Sanchez n. 6. obseruandum esse, assentiri se minime promissurū si a principio talis causa adesset, adhibendam esse fidem in utroque foro, si iudicio prudentis viri, consideratis negotiis circumstantiis, verisimile sit nequaquam promissurū, secund. Nauar. Manual. Latino, c. 18. n. 7. quia ea, quae consistunt in animo alicuius partis iuramento probantur ius, regul. communem glossae, & Doctorum notissimā: hoc tamen, quoad forum contentiosum scrupulo non caret, siquidem solo iuramento partis in his standum esse non videtur, cum etiam animus in mente retentus hominibus innotescere nequeat, & sic testibus probari non possit: atamen causa superueniens, a principio ignorata, quod sit magna, vel parua testibus probari potest, ex qua verisimiliter probi homines, & a communiter accidentibus non promississent, si eam sciuissent, vel adhuc promississent: hoc autem licet iudicio prudentis viri considerari possit attentis circumstantiis negotiis, nihilominus tamen, cum ex actis non constet, praeterquam ex iuramento solo partis necessarium iudico, vt a partibus allegetur, & probatur: in foro autem conscientiae verissima est praed. sententia Nauar. & in foro exteriori adhibito praed. temperamento.

Non tamē erit sufficiens causa recedendi a praed. sponsalibus, defectus solus magne pulchritudinis, quae tempore sponsalium aderat: vt supra probauimus ex rationibus de quibus ibi: & quia hoc a principio cogitari potuit, siquidem regulariter pulchritudo mulieris facile decidit, & arefcit, nec eriam accrescentia diuitiarum vni sponso superueniens est iusta causa dissoluenti sponsalia praecedentia, altero in eodem statu permanente, vt supra quoque probauimus. Haec tamen de causis superuenientibus ad sponsalia praecedentia de futuro dissoluentia,

CAPITVLVM XXXIV.

De causis precedentibus sponsalia de futuro ad ipsa dissoluenda.

SVM MARIVM.

- 6. Sponsalia de futuro ex causis precedentibus non dissolui non debent, secus si erant ab altero probabiliter ignorata, ut in numero 2. veluti ob fornicationem precedentem sponsa à sponso ignoratam, ut in numero 3. Idem dicendum est, si sponsus putaret sponsam esse virginem, quæ vidua esset, ut in numero 3. & quod si sponsus nouit, eam esse viduam, ignorauit tamen precedentem fornicationem numero 4. & quid si sponsus conscius erat, sponsam impudicam esse, & infamem ob fornicationem: postea tamen delegatur alia fornicatione prauæ sibi ignoratæ, quæ paulo plus infamem eam reddant numero 5. & superiora procedunt etiam si præd. sponsalia iurata sint, ut in numero 6. secus est in fornicatione sponsi precedente ipsa sponsalia, ut in numero 7.
- 8. Sponsalia de futuro, an quibus casibus ex causis iustis precedentibus dissolui possunt, hoc fiat ipso iure, vel alias.
- 9. Sponsus si conscius causa sufficientis ad dissoluenda sponsalia de futuro, sponsam cognouit carnaliter, utrum ex hoc videatur sui suum remittere?
- 10. Sponsus aliquo vitio occulto laborans an postea alterum sponsam ad fidem præstitam seruandam cogere, cuius si alter sponsus conscius esset, posset à sponsalibus resiliere?

Nunc agamus de causis precedentibus ipsa sponsalia de futuro: & quid, si ipsæ notæ sint contrahentibus sponsalia, proculdubio, vt omnes fatentur, ob eas dissolui non debent, quia scienti, & consentienti non fit iniuria, fraus, nec dolus, vt in regula iuris vulgari: & quia sic contrahens scienter, alterius mores, personam, & qualitatem approbare videtur: vnde sibi impu-tes, si aliter, quam sibi debebat, fecit, aut promisit.

Si vero causæ ipsæ alias sufficientes ad dissoluenda sponsalia de futuro, si postea superuenissent, præcedant ipsa sponsalia, erant ab altero probabiliter ignorata, sufficienti ad dissoluenda sponsalia de futuro postea subsequuta: paria enim sunt, aliquod superuenire, & præcedere ignoranter: res enim dicitur fieri, quando primum innotescit. ca. Passoralis de exceptione, iuxta illud Marci vltimo: *Data est mihi omnis potestas, id est, ex nunc est nota: similiter paria sunt in iure non esse, & non apparere, l. Duo sunt Iuriff. de testamen. tucl. in lege. de. contrah. emp. cum enim nihil volitum, quin præcognitum sit, ignorans non censetur approbasse, quod nescit. Similiter in lege final. C. de sponsalib. cauetur resiliens ad sponsalibus ex causa præcedenti ignorata, non amittere arras: & in terminis hanc sententiam tenet Dominicus à Soto in quarto distict. 27. quest. 2. artic. 3. casu nono, & Viguerius lib. insti. cap. 16. §. septimo, versio. 3. in fine Barthol. à Ledes. de matrimonio dubio 13. casu 6. alter Ledesma, nempe Petrus, de matrimonio, quest. 43. artic. 3. casu 3. & 11. Enriquez lib. 11. de matrimo. cap. 12. num. 6. Ludou. Lopez in secunda parte sui instructio. in materia de matrimonio ca. 38. folio 1041. cum sequenti. & Thom Sanch. lib. primo de matrimonio disputatione 64. num. 2.*

3. Quo sit, vt idem à fortiori sit dicendum ob for-

nicationem sponsæ, precedentem sponsalia ignorata à sponso, qui eam virginem existimabat ex eisdem rationibus, & alia magis ponderis & momenti, nempe, quod vir notabile damnum incurreret si adhuc compelleretur sponsalia huiusmodi de futuro perficere, cum bigamus fieret, ac proinde ad ordines, si illos eligat, promoueri non posset, vt cum supra dictis, & aliis pluribus Authoribus tenet, & probat ibi Sanchez, numero 3.

Vbi idem dicendum esse affirmat, si sponsus putaret esse virginem, quæ vidua esset, ob irregularitatem quam incurreret, etsi forte ipse alias bigamus esset, nouam bigamiam incurreret, & ita difficilior redderetur dispensatio.

Quinimo secundum ipsum ibi n. 4. etsi controuertum sit, an idem dici debeat, quando sponsa nouit sponsam viduam esse, ignorauit tamen precedentem fornicationem: verius tamen est, in hac etiam specie, sponsam recedere posse à sponsalibus de futuro, quia est notabilis mutatio, & causa de nouo cognita, quæ virum prudentem merito retraheret in principio à sponsalibus contrahendis, & expresse hanc tenet Molin. Theolog. in secundo tom. de iustitia & iure, disputatione 272. §. deinde si mulier.

Vbi addit quod si sponsus conscius erat, sponsam impudicam esse & infamem ob fornicationem, licet postea delegatur alia fornicatione prauæ sibi ignoratæ, quæ paulo plus infamem eam reddat, non est sufficientis dissoluedi causa, cum non sit notabilis mutatio.

Superiora procedunt etiam sponsalia iurata sint, adhuc namq; dissolui possunt ex eisdem causis precedentibus ignoratis, vt constat ex mente Doctorū de hac re agentium: & colligit, atque probat Thomas Sanchez d. dist. 64. num. 7.

In fornicatione autem sponsi precedente sponsalia iurata, ignorata à sponsa, secus esse dicendum, nempe ob eam sponsam resiliere non posse à sponsalibus, quia nulla nota, nec ignominia est fornicatione nubere viro, qui aliam cognouit, probat ibi Sanchez numero 9. vbi fatetur, quod si sponsus existimabatur non valde virtuosus, & demum cognoscatur sponsa ipsum esse notabiliter vitiosum deditum, non tamen prudentis arbitrio mutationem hæc notitia efficiat, erit iusta causa, vt sponsa à fide præstita resiliat, quia talis esset, si denuo superueniret, & à principio cognita impediret sponsalia contrahi.

Nunc autem videndum est, an in præd. speciebus, in quibus sponsalia de futuro dissoluantur ob precedentem causam sufficientem ignoratam, hoc ipso iure fiat, vel ius concedat, ea dissolui: vtilitas namque huius rei est valde necessaria propter publicæ honestatis impedimentum, quia si sponsalia valida sunt oriatur impedimentum; alias secus: & in hoc, vera resolutio, in specie sponsaliorum eadem probanda videtur, quæ in cæteris contractibus traditur bonæ fidei, prout est matrimonium: vt siquidem dolus vnus sponsi in culpa existentis, causam dedit contractui sponsalium, quia illius nullo modo alter spūsus erat contrahendus, hoc est, promissurus, sint ipso iure nulla, ita vt spūsus deceptus nullo modo ipse alstringatur: secus si dolus causam contractui sponsaliorum non dedit, sed incidit in contractum, scilicet, quia eo cogato adhuc contrahenda essent sponsalia præstatæ tunc minime sunt irrita ipso iure, licet rescindi possint; idemque est, quando dolus dedit causam contractui sponsalium, sed doli illius particeps non fuit alter sponsus contrahens, sed quidam tertius nullo causam dante, sed si à falsa existimatione deceptus est,

tunc

tunc enim verius est, sponsalia esse valida, deceptum tamen habere ius illa dissoluendi, vt late probat in specie Thom. Sanchez d. lib. 1. de matrimo. disputatione 64. per totam, qui in disputatione statim sequenti bene quoque iure probat non esse licitum, dissolueri sponsalia de futuro cum dolus non dedit causam contractui, quia sponsus ignorans causas sufficientes, eo affectu contraxit, vt si eas nosset non desisteret à contractu celebrando.

Verum dubitabis, quid erit, si sponsus conscius causa sufficientis precedentis ignorata, vel subsecquentis dissoluendi sponsalia, postea sponsam carnaliter cognoscit, utrum censatur ius suum remittere ex hoc, ita vt ob illam causam non possit amplius sponsalia dissolueri? & in hoc dicendum est, quod si sponsalia eo errore contracta valida sint iuxta precedentem distinctionem, de qua modo supra egimus in secundo membro, tunc sponsus accedens carnaliter ad sponsam censetur remittere ius rescindendi sponsalia, ratione precedentis cause ignoratæ, vel subsecquentis si ipsius cause tempore coitus conscius erat, quare non poterit iam ob eam causam sponsalia dissolueri: cum etiam coniugis consensu fornicationis habita post matrimonium se cognoscentes amittant ius petendi diuortium, & etiam diuortio celebrato per copulam censentur se reconciliare & in matrimonio perseverare teneantur, vt habet communis sententia, de qua infra agemus in materia matrimonii: ergo merito, quod in sponsalibus de futuro idem probandum, & tenendum sit, vt in terminis tenent & probant Anton. Cuchus lib. 5. insti. mai. titulo, 10. num. 23. Anton. à Corduba in sua summa quest. 49. Ludou. Lopez in 1. parte instructio. cap. 77. §. hinc emergit. Manuel Rodriguez in 1. tom. sua summa in 2. editione c. 208. conclusione 70. n. 10. quos sequitur Thom. Sanchez ubi supra disputatione 68. num. 2. vbi n. 3. hoc ampliat, vt procedat etiam si sponsus haberet voluntatem non remittendi: secus, si dissolutis iam sponsalibus haberet copulam, quia tunc non censetur sponsam reconciliare, ita, vt ad sponsalia teneatur.

Si vero priora sponsalia in specie huiusmodi dubitationis, ipso iure erant nulla, iux. præd. distinctionem, de qua supra in 1. membro, si sponsus dum habuit copulam consensum habuit permanendi in prioribus sponsalibus sciens esse irrita, nec sponsa priorem consensum reuocauerat, manent firma sponsalia: idemque erit, si sciebat per illum actum tacite ratificari, nec contrarium consensum habuit: secus autem si ignorauit, aut reuocauit consensum: ita recte probat Thomas Sanchez d. disputatione 66. numero 4. addens, idem dicendum esse, si quis virginem existimata sub expressa conditione promitteret matrimonium, si es virgo: nam si virgo non sit eum promissio defectu conditionis sit nulla, iudicandum esse ait, si postea tam cognoscat, ac de sponsalibus nullis, quamuis copula habeatur, defectu virginittatis iam cognitio.

Ex his decidenda venit altera elegans questio in proposito, quæ est huiusmodi: an sponsus possit cogere alterum sponsam ad fidem sponsalium seruandam quando aliquo vitio occulto laborat, cuius, si alter conscius esset, posset ab eis iuste resiliere? Nam si sponsalia fuerint valida, patiens vitium poterit cogere alterum sponsam stare sponsalibus, dum alter nescit talis scientia illud vitium, vt iuste posset à sponsalibus resiliere: si vero sponsalia essent omnino nulla, quia dolus dedit causam contractui, sponsus doli conscius non potest alterum ignorans cogere, cum nullo vinculo alter alitrius sit, & ipse potius teneatur iniuriam resarcire, des-

istendo à contractu, ita Tho. Sanchez, d. lib. 1. de matrimo. disputatione 68. num. 7. & 8. iuxta probabiliter sententiam Doctorum, quos ibi refert n. 4. teneantur coniugem adulterum occultum, non perdere ius exigendi debiti, sed posse exigere, ut ibi recte probat, quam tenet Archid. in cap. in cambio 32. quest. 1. & ibi Turrecremata in sine referens Bern. Hispa. Caier. in opusculo 07. responsione 4. quod habetur i. rom. opuscul. tract. 31. Dominio, à Soto in 4. distict. 66. quest. unie. articulo 3. vers. sciam vtro vxor. Ledesma, in secundam partem 4. quest. 64. articulo 2. folio 319. col. 1. 2. & 3. Palac. in 4. distict. 31. dispo. 1. fol. 788. col. 1. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 12. num. 6. & Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 7. §. 2. num. 4. Matienq. in rubrica gloss. 2. n. 101. titulo 1. lib. 3. vna collect. Reg. imo idem credit Sanch. ubi supra num. 3. licet coniug. innocens suspicaretur alterum adulterum esse, leuibis tamen indicis, quæ non sunt sufficientia ad ipsum, in foro conscientie exequandum, quia alter non tenetur tunc fateri suum crimen, nec incensens ius habet spoliandi eum iure perendi, & exigendi donec eius delictum sufficienter notat, quare illa exceptio adulterii, quam opponit, non est legitima etiam in foro conscientie: quam sententiam principalem præd. Doctorum modo relata veriorum esse censeo aduersus alteram, valde etiam probabilem, factisque receptam aliorum tenentium contrarium, quos refert Sanchez ubi supra num. 3.

CAPITVLVM XXXV.

An relaxatio iuramenti, vel autoritas iudicis requiratur ad dissoluenda sponsalia de futuro iurata?

SVM MARIVM.

- 1. Relaxatio iuramenti, vel autoritas iudicis an sit necessaria ad dissoluenda sponsalia de futuro? & n. 2.
- 3. Sponsalia de futuro propria autoritate dissolui possunt, vno dissoluantur per ingressum religionis, vel per contrahendum matrimonium cum alio postea celebrati.
- 4. Sponsalia de futuro, ubi est certitudo casus, & facti ex natura rei, dissoluantur absque aliqua autoritate iudicis, nisi ratione scandalis vitandæ, & numero quinto, limitatur numero 5. & 7.
- 8. Index competens ad dissoluenda sponsalia de futuro ex causis sufficientibus, ubi eius autoritas ad id requiritur, est index ordinarius ecclesiasticus, vel delegatus.

Quod non sit necessaria relaxatio iuramenti in præd. specie bene, & late probat Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 07. numero 2. cuius in hoc sententia vera mihi videtur.

De secundo hoc est, an sit necessaria iudicis autoritas ad dissoluenda præd. sponsalia, quando adest iusta causa, agit late idem Author d. lib. 1. disputatione 69. per totam.

Illud autem primo in præmissa specie obseruandum est, Propria autoritate dissolui sponsalia de futuro ratione ingressus religionis, vel matrimonii alterius contracti, quia in his duobus casibus ius ipsum est notissimum, & causa est notoria, imo ab ipso iure fit tunc dissolutio, vt probat D. Couar. in quarto Decret. 1. parte cap. 5. in principio num. 12. & 13. titulo 1. paruta 4. & ibi Montal. & Greg. Lopez, Anton. Cuchus lib. 5. insti. mai. tit. 10. n. 59. in fin. & alii plures Canonistæ, & Theologi, quos refert Sanch. ubi supra dist. 69. n. 2. Addunt alii alios casus, nempe, quando fornicatio est notoria, vel quando impedi-

mentum consanguinitatis, vel affinitatis detegitur, & quando alter initiatur ordine facto.

Secundo generaliter obseruandum est, quod ex natura rei, ubi est certitudo cause, & facti nulla consideratur auctoritas iudicii, nisi ratione scandali vitandi, vt constat ex Doctoribus infra citandis, & probat Sanchez vbi supra numero 3. dicit dist. 69.

Hinc fit, vt si causa dissoluendi sponsalia publica sit, ac certa tam de iure, qua de facto, possunt propria auctoritate dissolui: ita tenent Angel. verbo sponsalia numer. 42. & ibi Syluest. questione 71. Tabien. questione 9. numero 10. in fin. Nauar. in Manual. Latim. cap. 22. numer. 28. Gregor. Lopez in d. l. 3. in glos. mas en todas. titulo 1. par. 4. Palud. in 4. distinctione 27. questione 1. articulo 3. in fin. numero 36. Manuel Rodrig. in 1. tom. sua summe in 2. editione cap. 45. numero 11. Petrus de Ledem. de matrim. questione 43. articulo 3. dubio ultimo, & alios referens Thomas Sanchez vbi supra n. 4. qui n. 3. addit, idem esse, quoniam causa dissolutionis certa est, de iure & de facto, licet occulta, & sponsalia sunt etiam occulta, quia tunc possunt propria auctoritate dissolui, quia cessat similiter scandalum, sicut in precedenti specie, vt tenent alii plures DD. quos ibi refert, & sequitur.

Tertio obseruandum est, quod quando causa certa est de iure, & de facto, occulta tamen, & sponsalia publica, iudicis auctoritas est necessaria ad ea dissoluenda, non tamen esset culpa mortalis, sed venialis: tunc propria auctoritate dissoluere præd. sponsalia, nisi inde graue scandalum oriat, quia nullo iure cauetur, eam auctoritatem necessariam esse, & dissoluens suo iure vitatur, vt tenent aliqui ex supradictis, eosque referens Sanchez vbi supra num. 6.

Quarto. quando causa dissolutionis est dubia de iure, quia non est certum esse sufficientem, vel de facto, quia alter non est certus, eam adesse: peccatum mortale erit propria auctoritate dissoluere sponsalia, quia est probabile iniustitie periculum, dum spoliatur alter in dubio iure sibi quaesito. vt impletur fides data, ita constat ex supra dictis.

Quinto, iudex competens, cuius auctoritate sponsalia dissoluenda sunt, est solus Ecclesiasticus, ordinarius, vel delegatus. quia hæc est materia spiritualis, non autem parochus, quia non est iudex in foro exteriori, ita Palud. in 4. dist. 27. quest. 1. art. 1. num. 38, & Sanchez vbi supra, n. 10. d. dist. 69.

CAPITVLVM XXXVI.

De probatione sufficienti impedimenti matrimonij ad illud impediendum, ne contrahatur.

SVM. MARIVM.

- 1. Impedimentum matrimonij, ne illud contrahatur, quibus modis probetur? & numero sequentibus.
- Impedimentum matrimonij probatur duobus testibus, imo & uno teste, concurrentibus iis, de quibus numero 3. etiam si is testis non fuerit citatus, sed per partem oblatum, vt in numero 3. ampliatur aliis modis in numero sequentibus: & quid si sponsalia fuerunt iurata? numero 7. & qua requirantur ad hoc, vt vnus testis de impedimento sufficiat, numeris sequentibus, & numero 8. limitatur nu. 10. & 12. & numero 17. in casu, de quo ibi.
- Cap. licet ex quadam, de testibus intellectus.
- Fama sola impedimenti an sufficiat ad impediendum matrimonium? & qua requirantur ad hoc 1. numero

ria sequentibus, & numero 15. quid si de contraria fama adessent clariores probationes.

16. Ratione impedimenti non sufficit ad impediendum matrimonium & qua differentia sit inter famam, & rumorem. ibi.

17. Confessio impedimenti vtriusque sponsi sufficit ad dissoluenda sponsalia de futuro, non tamen confessio illius, qui matrimonium recusat.

19. Vnus testis deponens de impedimento matrimonij satis est in vtroque foro ad illud impediendum.

TRia sunt genera probationum, quibus sufficienter probari potest impedimentum matrimonij, ne celebretur: Primum est, quod probatur duobus testibus idoneis consanguinitas, vel affinitas in gradu prohibito inter contrahentes, quia in ore duorum vel trium fiat omne verbum, ut in ca. in omni negotio de testib. & de hoc nemo dubitat.

Secundum est, vnus testis, si enim plene probat, & sufficiens est ad impediendum matrimonium, ne contrahatur (quibusdam concurrentibus, de quibus infra statim agemus) quia agitur de peccato euitando ita cauetur in ca. super eo, el segundo, de testib. & in ca. praterea, el segundo, de spons. & utrobique DD. l. 1. titulo nono, par. 4. quartæ, nulliuique contradicunt.

Vnde cum in hoc, soli testimonio vnus sit danda fides, is, qui solus fecit impedimentum aliquid subesse inter volentes contrahere matrimonium, licet illud probare non possit, tenetur illud iudici denunciare, si is admonitus noluerit à contractu abstinere, etiam si illud impedimentum oriatur ex crimine occulto contrahere volentis, agitur enim de peccato euitando, ita Nauar. in c. Sacerdos numero 27. de poenitentia distinctione 6. quem sequitur D. Couar. in quarto, secunda parte cap. 7. §. 10. numero 21. aduersus Maior. in quarto, distinctione 21. contraarium tenentem in impedimento quod causam habet ex crimine occulto contrahere volentis: non igitur statim causa ad iudicem deferenda est, sed prius monenda sponsa, vt desistat, vt, vel si infamiam euitet: sin autem nolit, ad eundem sunt parentes, vel viri pii, Prælati, pater, vt ipsam moneant, aliave remedia occulta adhibeantur: quod si adhuc ipsa persistat, fas est ad tribunal iudicis deferre, vt ex pluribus comprobatur Thom. Sanch. lib. 1. de matrimonio dist. 70. n. 2.

Et adeo verum est, vno teste plene probari impedimentum à principio, ne matrimonium contrahatur, vt procedat, licet is testis non fuerit citatus, sed per partem producentem oblatum, non enim præsumitur ex hoc se ingerere: secus, vbi seipsum ingereret, tunc namque tanquam suspectus esset repellendus secund. Abb. in ca. cum in tua numero 2. de sponsal. vbi Alexan. de Neuo numero 4. Præposit. numero 1. & Mascard. alios allegans de probat. conclusionem 1035. numero 3. Thom. Sanchez distinctione 71. numer. 2. lib. 1. quod verum esse crederem, nisi præcessisset monitio parochi, vt omnes, qui fierent aliquod impedimentum subesse canonice, id manifestarent, vel reuelarent, tunc enim cessaret præd. suspicio, ac proinde fidem faceret vnus testis ad impediendum matrimonium contrahi.

Similiter sufficit vnus testis ad impediendum, etiam si is nolit parte citata, & publice ferre testimonium, sed clam, & absque nominis publicatione, vt probatur in ca. Præterea, el segundo, de spons. & ibi hoc tenent communiter DD. Mascard. vbi supra numero 4. & Sanch. 3. quicquid glos. in d. ca. praterea verbo publice & Ioan. And. ibi, §. dicant testi publice

publice contenti casu illius textus non esse fidè adhibendam. quia turpitudinem suam fatetur, & quia dictum vnus non facit probat: quia rectius probant contrarium ibi Hostiens. paulo post princip. num. 7. Abb. num. 7. Præpos. etiam numero 7. & Alex. de Neuo eodem num.

Procedit etiam si testis esset denunciator, vel accusator, allegaretque turpitudinem suam, vt colligitur ex tex. in ca. ad audientiam de sponsal. & in ca. curauit de probat. & in c. 1. de consang. & affini. vbi hoc tenent Anton. de Butt. num. 5. Abb. num. 6. Alexan. de Neuo etiam numero 6. & Mascard. vbi supra, numero 7. & Sanchez quarto, vbi numero 5. idem probat in tunc criminoso, vt constat ex d. ca. Præterea, el segundo, vbi testis turpitudinem suam allegauit, & ibi notat Cardina. numero 1. Neque in his casibus vnus est accipere iuramentum à contrahentibus in probationis supplementum, prout existimabant Tancredus, & Philip. quis cum in hac specie vnus testis plene probet, nullo supplemento opus est, & ita merito eos reprobat Alex. de Neuo in ca. super eo numero 9. de consang. & affini.

7. Quæstio tamen in proposito satis controuersa se offert, an superiora procedant, quando sponsalia iuramento confirmata essent, nempe vt vnus testis deponens de impedimento plene probet? & non sufficere, probare videtur tex. in d. ca. praterea, el segundo, d. sponsal. ob religionem iuramenti: Ecclesia namque certa est de perituro iuramento non impletis, incerta autem de impedimento & sic eligit, quod tutius est: & in terminis ita tenet glos. in d. ca. super eo, de consang. & affini. & in d. ca. Præterea verbo nisi, vbi Abbas in fin. Ant. de Butt. numero 4. Cardin. in fin. Enrichus numero 3. & 4. Idem Anton. de Butt. in d. ca. super eo numero 6. Iacob Leonis. inter consil. matrimon. Zileri consil. 49. numero 21. Paludan. in 4. distinctione 27. questione 1. art. 3. casu 9. numero 27. approbatur expresse in l. 1. titulo 9. par. 4. ibi, nisi in al. de iustorio, como sobre dicho es, fu. esse firmado por jura, no serà creydo en su cabo ninguno de los sobredichos, vbi Gregor. Lopez in glos. jura, notat, concordare illam l. cu. d. ca. Præterea: & hanc opinionem probat aduersus Hostiens. & alios per illam l. que vult quod in hoc casu non sufficiat dictum vnus testis, licet integer sit Paludan. vbi supra.

Nihilominus tamen verior, & probabilior in hoc videtur esse sententia contraria, imo quod etiam vnus testis omnino integer deponens de impedimento, sufficiens probatio sit ad impediendum matrimonium, etiam si sponsalia iurata præcesserint, quia non minus, quam fama probat, que sufficit ad dissoluenda sponsalia iurata vni supra numero 13. dicemus, ergo & vnus testis, omnino integer, sufficit ad hoc: nec obstat d. capit. Præterea, quia ibi testis, non erat omni exceptione maior, quia nominæ non publicato deponeret allegabatque turpitudinem suam: eodem modo potest responderi ad d. l. 1. nempe: quod loquitur in patre, vel matre, aut alio consanguineo alicuius ex contrahentibus deponente de impedimento, vt constat ex principio illius non etiam obstat, quod prædiximus pro contraria parte, scilicet, quod Ecclesia certa est de perituro iuramento non impletis, incerta autem de impedimento, quia ratione peccati euitandi hoc admitti par est: nèpe, vt impediatur matrimonium contrahendum ad dictum sufficiens vnus testis: & ita merito Hostiens. in d. ca. Præterea super verb. nisi iuramentum, & ibi Calderin. & Anchar. numero 4. Præposit. 9. & in d. ca. super eo in fin. & ibi Alexan. de Neuo numero 9. hanc opinionem firmatiam tenent, atque probant dicentes, impedire sponsalia iurata. testem integrum, & bonæ fa-

me, si iudex attentis circumstantiis sibi persuadeat verum deponere: eandem opin. Hostiensis extra casum d. ca. Præterea, probabilior tibi esse affirmat D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, ca. 7. §. 10. numero 22. quando vnus hic testis est integer, & circumspèctissime testimonium dicit, sequitur etiam Mascard. in conclusionem 1035. numero 10. Alphons. à Veracruce in 3. parte Specul. coningal. articulo 8. & Thom. Sanchez vbi supra numero 8.

Nonnulla tamen requiruntur ad hoc, vt vnus testis testimonium impediatur matrimonium contrahendum. Primo: quod testis deponat: non enim sufficit ipsius denunciatio, nisi probaret de fama, secundum Alexan. de Neuo per tex. ibi in ca. cum in tua de sponsal. nu. 9. & 12. vbi vltra vnum testem famam requirit, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra numero 9.

Secundo requiritur, quod præd. testis iuret, alias enim ei non creditur, vt cum alijs probauimus lib. 3. Canonice, quest. ca. 11. nu. 31. & 32. post Couar. vbi supra num. 21. & post nos alios allegans Thom. Sanchez vbi supra numero 10.

Tertio requiritur, quod testis asserat cum iuramento se certo scire impedimentum, alias de solo auditu testificans non impediret, quamuis alter testis simul cum eo absque iuramento de certa scientia deponeret, vt cum Couar. & alijs probauimus vbi supra d. numero 32. & tenent Mascard. & Thom. Sanchez vbi supra numero 10. & Nauar. lib. 2. consilium secunda editione titulo de consanguinit. consil. 2. nu. 1.

Limitatur tamen, quod modo prædiximus, scilicet, non sufficere testem de auditu deponentem, vt non procedat, quado testis hic distingueret gradus consanguinitatis, vel affinitatis, iuxta formam tex. in ca. licet ex quadam de testib. tunc namque satis est de auditu testificare ad impediendum matrimonium celebrari secundum Couar. vbi supra d. §. 10. numero 34. & nos dicto ca. 11. numero 34. vbi alios allegauimus Mascard. etiam conclusionem 1035. numero 10. & conclus. 410. numero 1. Nauar. & Thom. Sanchez vbi supra numero 11. vbi cum Mascardo addit requiri testes esse personas graues, & deponere à maioribus audire, ante litem motam, nam si post litem motam audirent, nullam fidem facerent, nisi esset auditus post litem motam in loco distantissimo.

In quo obseruandum est duodecim requisita d. ca. licet, ex quadam ad probandum consanguinitatem ex solo auditu tantum desiderari, dum, agitur de matrimonio contractu delirando. nam si de eo tantum impediendo nondum contracto agatur, satis est vnus testis de auditu impedimenti consanguinitatis qui à maioribus audiret, dummodo is distinguat gradus clara computatione ab vtroque latere, vt in d. cap. licet ibi singulos gradus, vt tenui & in praxi dixi obseruari vbi supra, num. 34. & vult Mascard. d. conclusionem 410. num. 9. & 10. & 21. vbi nu. 33. quod contrahentium consanguinei sunt magis idonei testes ad probandam, vel negandam consanguinitatem, quia nulli ita constat de parentela: nisi ipsorum interit, commodumque reportent, quia tunc tanquam in causa propria testificantes admittendi non sunt: & idem Mascard. conclusionem 409. numero 2. & 3. inquit, quod consanguinitas potest etiam probari per coniecturas, indicia, & præsumptiones cum sit difficilis probationis, & supradicta sequitur etiam Thom. Sanchez vbi supra num. 11.

Quarto requiritur, quod talis testis non sit vilis persona, quia si huiusmodi esset, sponsalia etiam non iurata minime impediret secundum Abb. in d. ca. Præterea, el segundo, in fine de sponsal. & in cap. cum in